This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

PQ4423
A8

EX LIBRIS
GIORGIO
FANAIN

STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES

1575/D947

B-III°-7

1575/D 84

DE

DANTE ALIGHIERI

SCRIPTORE GHIBELLINO.

DISSERTATIO

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE IN ACADEMIA FRIDERICIA GUILELMIA RHENANA LEGITIME CAPESSENDOS

SCRIPSIT

ET UNA CUM ADIECTIS THESIBUS CONTROVERSIS

DIE IX MENS. MAI A. MDCCCXLVI

PUBLICE DEFENDET

LUDOVICUS RODERICUS ARNDT

BONNENSIS

OPPONENTIBUS:

R. CASPARY, theol. et phil. cand.
O. NITZSCH, phil. stud., sem. phil. sod. ord.
T. SCHULZ, theol. cand., phil. stud.

BONNAE.
LITTERIS CAROLI ET FRIDERICI KRÜGER.
MDCCCXLVI.

VIRO ILLUSTRISSIMO HUMANISSIMO

CHRISTIANO AUGUSTO BRANDIS

HAS PAGELLAS

GRATI PIIQUE ANIMI

TESTES ESSE VULT

SCRIPTOR.

Nullum fortasse omnium carminum est, in quo explicando tantum, quantum in Dantis comoedia, laborarunt interpretes. Neque in singulis tantum illustrandis gravissimas difficultates invenerunt valdeque inter se dissenserunt, verum etiam de eo, quae totius carminis esset summa, quam maxime opiniones eorum discreparunt. In eo autem certe homines eruditi, qui in hac materie operam collocarunt, a Boccaccii inde tempore usque ad nostram aetatem consenserunt, obscurissimum esse carmen. Quod etiamsi fortasse non omnes dixerint, quisque sine dubio sensit. Cuius quidem obscuritatis duae praecipue sunt causae, quarum altera, ad singularum potissimum rerum explicationem pertinens, in eo posita est, quod, cum multa in Dantis comoedia ad res eius tempore gestas referantur, accurata historiae perscrutatione opus est. Saepissime autem etiam diligenter indaganti explicandi spes irrita cadit. Altera vero causa ex ipsius poetae ingenio eiusque ratione scribendi proficiscitur. Primum enim allegorica, qua usus est Dante, forma, inimica plerumque poetis, perspicuitati officitur. Quae quidem difficultas eo etiam augetur, quod iisdem saepenumero verbis duplex allegoria inest, veluti in bestiarum illarum, quae poetam in silva irruunt, descriptione,

et in Virgilii persona.[1]) Neque illud dubitari potest, quin Dante aliique eius aetatis poetae eo consilio saepe obscure scripserint, ne, quae sententia versibus inesset, profanum vulgus intelligeret.[2]) Quare persuasum mihi est, non in comoedia tantum, sed in ceteris quoque Dantis carminibus et in vita nova multa inesse, quorum obscuritas nunquam removeri possit. Quis enim est, qui convivii carmen I. in-

---

1) Dantem ipsum bene intellexisse, non facile saepe quae scripserit, perspici posse, hisce versibus apparet. Inf. IX, 61:

O voi, ch'avete gl'intelletti sani,
Mirate la dottrina, che s'asconde
Sotto 'l velame degli versi strani.

Conferantur, quae adilcit vitae novae carmini primo. Praeterea Conv. Canz. I sub finem:

Canzone, i'credo, che saranno radi
Color, che tua ragione intendan bene,
Tanto lor parli faticosa e forte.

2) Vita nuova, ed. Venez. pag. 30. Dico bene, che a più aprire la 'ntenzione di questa Canzone, si converrebbe usare più minute divisioni; ma tuttavia chi non è di tanto ingegno, che per queste, che son fatte, la possa intendere, a me non dispiace, se la mi lascia stare; che certo io temo d'avere a troppi comunicato il suo intendimento, pur per queste divisioni, che fatte sono, s'egli avenisse, che molti le potessino udire.

Canz. 14. Canzone; a'panni tuoi non ponga uom mano,
Per veder quel, che bella donna chiude;
Bastin le parti ignude;
Lo dolce pomo a tutta gente niega,
Per cui ciascun man piega;
E s'egli avvien che tu mai alcun truovi
Amico di vertù, ed ei ti priega;
Fatti di color nuovi:
Poi gli ti mostra, e 'l fior ch'è bel di fuori,
Fa desiar negli amorosi cuori.

Canz. 20: Canzon, udir si può la tua ragione;
Ma non intender sì, che sia approvata,
Se non da inamorata
E gentil alma, dove Amor si pone;
E però tu sai ben con quai persone
Dei gir a star, per esser onorata, etc.

telligere se profiteatur, nisi ipsius Dantis explicationem legerit? Illud quoque impedimento est ad intelligenda Dantis carmina, quod falsa eius tempore opinio erat, poetam eruditionem prae se ferre debere. Non satis enim distinguebatur inter poesim et ceteras disciplinas. Neque minimum valuit ad augendam affectationem illam scholasticae philosophiae studium. Maluerunt enim poetae subtiliter, quam dilucide et simpliciter scribere Inde factum est, ut Guidi Cavalcanti, celeberrimi poetae, cuius praestantissima multa supersunt carmina, illud, quod de natura amoris scripsit, sine ulla elegantia et vi poetica confectum, plenum tamen subtilitatum philosophicarum, tanquam divinum fere opus laudibus efferretur. Simile quoddam Danti accidit. Copia enim et eruditione tam insignis fuit, ut a nulla fere disciplina alienus esset. Inter primos sine dubio aetatis eius theologos numerandus est; in philosophia non mediocriter versatus erat; astronomiae magnam operam navabat; grammatica eruditione excellebat; picturae non imperitus erat, neque musicae videtur fuisse ignarus. Itaque hoc omne doctrinae genus carminibus suis intulit.[1])

Neque tamen hoc ita dictum volo, tanquam ubique a simplicitate alienus fuerit Dante; imo, quae maxime celebrata sunt in comoedia et vehementissime allexerunt lectorum animos, veluti, quae de Ugolini morte et de Franciscae Ariminensis amore scripsit, simplicissima sunt. Tantum autem fuit Dantis ingenium, ut omnia, quibus aetas commovebatur, carmine suo complecteretur, et in eo unus fortasse Homerus cum eo comparari potest, qui eodem modo

1) Leonardo Aretino vita di Dante: Una spezie dunque di Poeti è per interna astrazione di mente, l'altra spezie è per iscienza, per istudio, per disciplina e arte, e per prudenza; e di questa seconda spezie fu Dante; perocchè per istudio di Filosofia, di Teologia, Astrologia, Aritmetica, e Geometria, per lezioni di storie, per rivoluzioni di molti e vari libri, vigilando e sudando nelli studi, acquistò la scienza, la quale dovea ornare ed esplicare co'suoi versi.

totius temporis sui imaginem ante oculos nobis posuit. Et hoc ipsum est, in quo poetica laus Dantis maxime vertitur.

Quid sibi voluerit, comoediam cum scriberet, Dante ipse in epistola ad Canem Grandem dicit. Neque tamen hoc tantum valet ad diiudicandum carmen, quantum fortasse nonnulli crediderint. Non enim id quaeritur, quale carmen scribendum sibi proposuerit poeta, sed quale re vera sit. Quod si respicis versuum nnmerum, primam fortasse partem tenere tibi videbuntur ea, quae de rebus divinis et de locis philosophicis disseruit Dante; si vero vim poeticam spectas, ea certe, quae ad aetatem eius describendam pertinent, gravissima esse perspicies. Ubi enim illa tangit, in purgatorio praecipue et magis etiam in paradiso, ita saepe scribit, ut philosophum potius disserentem in schola, quam poetam audire arbitreris. Praestantissimae autem comoediae partes eae sunt, quibus nihil didacticae poesis inest. Accuratius comoediam intuentibus nobis multis exemplis persuasum id erit; et cum Dante de comoedia dicat:

il poema sacro,
Al qual ha posto mano e cielo e terra,

mihi quidem terra plus quam coelum, gloriae comparasse Danti videtur. Gravius autem nihil accidit Dantis aetate certaminibus illis inter papas imperatoresque, et Ghibellinorum Guelforumque discordiis, quae illa sequebantur, quibusque continuo Italia agitabatur. In his igitur summa carminis versatur. Omnes fere, qui illa aetate floruerunt poetae, aut magnam rei publicae moderandae navabant operam, summisque in ea fungebantur magistratibus, veluti Petrus de Vineis, Brunetto Latini, Dante, cuius vita magna parte in iis erat, aut certaminum saltem illorum participes erant, veluti Guido Cavalcanti. Tantopere enim Italia factionum contestationibus sollicitabatur tantumque valuit partium studium, ut nemo a rei publicae cura, etiamsi voluisset, abstinere potuisset.

Iam priusquam de Dantis opinionibus disseram, quo melius intelligatur commentatio, praemonenda nonnulla mihi videntur, primum de Italiae statu eius tempore, deinde de rebus Florentinis. De vita Dantis nihil monebo, nisi quod necessarium videbitur, ea maxime causa ductus, quod politicam Dantis doctrinam ex Italicarum magis rerum contemplatione, et e rationis argumentis, quam e casibus privatis profectam esse demonstrare conabor.

Rossettii coniecturarum rationem habui nullam; non tanquam levia et opera indigna, quae ille protulit, existimem; imo multa ingeniose ab eo inventa esse concedo. Sed satis diiudicari eius opiniones non possunt, nisi ab eo, qui accurate omnes aetatis illius poetas pertractaverit, quod a me factum non esse libere fateor. Nam et tempns defuit, et occasio. Ne tamen negligentius aggressus videar opus, haec mihi exsistat defensio. Gravissima sane illa sunt ad diiudicandam poetarum illorum artem et rationem scribendi; ad investigandas opiniones politicas Dantis nihil fere valent. Ut enim omnia, quae sensit Rossetti, vera sint, confirmare tantum, nullo autem modo mutare possunt ea, quae aperte multis locis de imperatoribus pontificibusque et de partium certaminibus Dante prodit. Et profecto illi comoediae loci, qui sine ullo dubio ad nostram materiem referendi sunt, sufficiunt ad demonstrandam Dantis doctrinam politicam. Quare in his tantum commentatio mea versabitur.

I.

De
Italiae Dantis tempore conditione.

Natus est Dante anno 1265, mortuus anno 1321. Tempus id fuit gravissimis casibus totiusque Italiae statu commutato quam maxime insigne. Initio illius aetatis pontificum Romanorum res devictis imperatoribus Ghibellinis eorumque gente post fortissimam defensionem prorsus deleta ad summam pervenisse potentiam visae; sed iam ante finem huius periodi papae delapsi ab illa auctoritate et quasi in servitutem redacti; sedes eorum Roma Avenionem translata; ab eo inde tempore et imperatore et Petri successore vacua Italia, donec Henricus VII, ultimus Germaniae regum imperii auctoritatem longo tempore intermissam revocare conaretur, in qua quidem re non successit. Novae ubique civitatum formae, nova regna, creberrimae rei publicae mutationes, summusque in omnibus, quae ad eam pertinerent, fervor. Saevissimae inter cives discordiae, quae exsiliis, caede, rapina et cuiusque effrenatae licentiae genere urbes saepe devastabant. Nemo praeterea fuit, qui in tanta perturbatione moderator Italiae exsisteret

Friderico II. imperatore mortuo Manfredus, eius filius, fortiter Apuliae Siciliaeque regnum contra ecclesiam defendebat, simulque in aliis Italiae partibus eos, qui Ghi-

bellinam partem sectabantur, adiuvabat. Qua quidem re infestiores etiam sibi reddidit pontifices. A quibus cum Carolus, Ludovici IX, Gallorum regis, frater, advocatus esset, qui contra eum pugnaret, Manfredus, postquam, ut decuit tantorum virorum progeniem, fortiter dimicavit, victus et caesus ad Beneventum est regnumque in illum translatum. Ut Manfredus Ghibellinorum, sic Carolus Guelforum totius Italiae propugnator erat, magnoque auctoritate sua iis erat praesidio. Quare pontifices, veriti, ne nimis eius potentia augeretur, non modo non Siculorum seditioni illi, cuius auctor Joannes de Procida fertur, offecerunt, verum etiam adiuverunt illos, ita ut divisione facta Siciliae insulae principatus ad Aragoniae reges transiret. Itaque eadem quae causa fuerat, regno ut potiretur Carolus, eadem diminuendae eius potestatis erat. Nam eam semper rationem sequebantur papae, ut si quis in Italia ad tantam potentiam pervenerit, ut ipsorum auctoritati periculi aliquid imminere arbitrarentur, omni modo imminuendam eius potestatem curarent. Ita res Italiae optime regere ipsorumque potentiae prodesse opinabantur. Quare Petri successores maximo impedimento erant, quo minus totius Italiae imperium unus amplecteretur, et divisionum discordiarumque praecipui erant auctores.[1]) Inde factum, quod impera-

1) Machiavelli: Istorie Fiorentine, pag. 37, ed. Filad: E così i Pontefici, ora per carità della religione, ora per loro propria ambitione non cessavano di chiamare in Italia uomini nuovi, e suscitare nuove guerre e poichè eglino avevano fatto potente un principe se ne pentivano, e cercavano la sua rovina, nè permettevano che quella provincia, la quale per loro debolezza non potevano possedere, altri la possedesse. E i principi ne temevano, perchè sempre o combattendo o fuggendo vincevano, se con qualche inganno non erano oppressi, come fu Bonifazio VIII ed alcuni altri, i quali sotto colore di amicizia furono dagl'imperadori presi.

Istor. Fior. II. 79. E perchè i Pontefici temevano sempre colui, la cui potenza era diventata grande in Italia, ancora che la fusse con i favori della chiesa cresciuta, e perchè ei

tores Germanos ab eo tempore, quo Apuliam possidebant, implacabili persequebantur odio.

Ceterum ab eo inde tempore, quo in Italiam venerat Carolus, magnopere diminuebatur Ghibellinorum potentia, et in nonnullis regionibus ita corruebat, ut sub finem saeculi 1300 in Toscana et in Lombardia, si quis partem eorum sequebatur, tanquam patriae inimicus proscriberetur. Omnibus notum est, Ghibellinos eos dici, qui imperatores, Guelfos, qui ecclesiam defendebant. Primum in Italia ea nomina Pistorii audita traduntur. Friderico II praecipue regnante omnis Italia inter Guelfos Ghibellinosque divisa. Sunt, qui Guelfos Italiae libertatis defensores fuisse arbitrentur, Ghibellinos vero eos, qui libertati offecerint. Et negari sane non potest, illos, contra imperatores, qui cum barbaris copiis in Italiam proficiscebantur cum dimicarent, id spectasse, ut alienigenas homines ab Italiae dominatione removerent. Sed tanquam incertum aliquid magis id sentiebant, quam ratione et intellectu comprehendebant. Durabat sane barbarorum odium illud in Italia, sed nemo, aut perpauci certe illa aetate erant, qui ius temperandae Italiae penes imperatores esse negarent. Id quoque concedendum est, Ghibellinos plus, quam Guelfos, tyrannidum auctores fuisse, quia illis, si quis specie vicarii ab imperatore rei publicae praefecti tale quid affectabat, maior oblata erat opportunitas. Ceterum et Guelfi non ab eo aversabantur, ut in auxilium advocarent exteros et rei publicae administrandae curam iis committerent, quod Caroli I, Apuliae regis, Caroli de Valois Florentiam arcessiti et Roberti regis exemplis probari licet. Praeterea cum partes illae manerent,

---

cercavano di abbassarla, ne nascevano gli spessi tumulti, e le spesse variazioni che in quella seguivano, perchè la paura di un potente faceva crescere un debile, e cresciuto che egli era, temere, e temuto cercare di abbassarlo. Questo fece trarre il regno di mano a Manfredi, e concederlo a Carlo; questo fece di poi avere paura di lui, e cercare la rovina sua.

etiam cum inter imperatores pontificesque nulla intercederet contestatio, accidit, ut Ghibellinorum Guelforumque certamina prorsus aliena essent ab ea quaestione, quae nomen iis dederat. Et sicut initia discordiarum multis in urbibus privata tantum fuerant et tum demum, cum omnia in Italia gesta ad certamina inter papas imperatoresque referrentur, ad rem publicam pertinerent, ita, ubi cessarunt certamina illa, manebant quidem discordiae singularum civitatum, sic tamen, ut propriis tantum commodis quisque nomine imperii vel ecclesiae defendendae consuleret. Quare nihil in eo mirum, quod Guelfi Toscani, a Manfredo cum premerentur, legatos in Germaniam ad Conradinum miserunt, qui ab eo peterent, ut contra illum ipsos defenderet; nihil quoque in eo, quod pontifices nonnunquam Ghibellinos adiuvabant, et episcopi saepe ab eorum parte stabant. Saepe invidia aemulationis studio inter duas urbes incensa effecit, ut a diversis partibus starent. Gravissima igitur inimicitia inter Pisas et Florentiam erat. Et Pisae quidem constanter semper imperatorum partem sequebantur, Florentia omnium Italiae urbium vehementissime Guelfam partem defendebat. Singulae praeterea urbes propter privatas nobilium inimicitias inter Ghibellinos Guelfosque divisae erant. Ceterum bella illa summis odiis gerebantur; victi fere semper patria expellebantur bonaque eorum publicabantur. Neque Ghibellinorum Guelforumque sola divisio erat, qua urbes dilacerabantur, sed accedebant certamina inter nobiles atque plebem, et inter singulas nobilium gentes. Patriae salutem neque Ghibellini neque Guelfi curabant; ab utraque parte pariter mala accepit Italia.

Inter pontifices Romanos eius aetatis, sive ingenium respicis, sive res ab iis gestas, nemo fuit, qui cum Gregorio VII, vel Innocentio III, possit comparari. Ambitioni suae magis, quam ecclesiae saluti, consulebant. Nicolaus III, e gente Orsina, id praesertim spectabat, ut, quantum posset, opibus potentiaque suos augeret. Idem impedire

conatus est, quo minus Caroli I regis res augerentur. Ambitione et consilio longe eum superavit Bonifacius VIII. Ingenio fuit acer; constantia omnes, qui ante eum hac virtute excelluerant, pontifices adaequavit; morum tamen integritate summis illis viris longe fuit inferior. Pecuniae enim avidissimus fuit, eamque ob causam donis saepe se corrumpi passus est; subdolus praeterea fuit et in inimicos perfidus. Is idem illud verbis gestisque demonstrare conatus est, in quo nonnulli pontifices contra reges imperatoresque quodam modo successerant, omnium principum potestatem subiectam esse ecclesiae potestati. Cum autem Bonifacius haec contra Philippum, Galliae regem, tentaret, virum consilii plenum, et qui malis artibus non minus, quam constantia valuit, spes eum fefellit. Tempora enim mutata erant, et Gallorum rex multo minus, quam Germanorum, in iis, quae perficere voluit, impediebatur. Quin accidit, ut papa, Anagnae, patria sua, cum versaretur, a Guilelmo de Nogaret et a Sciarra Colonna, cuius gentem vehementissime bello persecutus erat, caperetur et ignominiose tractaretur. Licet mox liberaretur, tamen post paucorum dierum spatium ira confectus et furore paene demens mortuus est. Cuius successor Benedictus XI, cum vix electus obiisset, Philippo auctore archiepiscopus Bordigalensis papa creatus est nomenque sibi dedit Clementis V. Sed sede papali eodem iubente rege Avenionem Roma translata, Clemens, homo abiectissimus, secundum Philippi voluntatem omnia egit. Moribus pravis utebatur neque celare id curabat. Nec melior fuit is, qui eum sequebatur, Ioannes XXII. Cum ii, qui primum in ecclesia locum obtinebant, tam pravis moribus uterentur, fieri non potuit, quin totus clerus luxuriose, et opibus magis sibi comparandis, quam rebus divinis intentus, viveret.

Eodem fere modo, quo pro ecclesia Bonifacius pugnaverat, non multo post Henricus Luciburgensis, Germanorum rex, vetus imperii decus in Italia restituere cona-

tus est. Nec multo melius hic, quam ille, successit. Praematura enim eius morte media in expeditione et ipsius consilia perempta et spes eorum, qui Italiae salutem ab illo profecturam putabant, irrita reddita. Sed etiamsi expeditio illa imperatoris morte disturbata non fuisset, tamen, quae spectabat, fauste ei non evenisse opinor. Plura enim et maiora impedimenta erant, quibus, quo minus in Italia succederent, imperatores Germani prohibebantur, quam quae superari possent. Quo modo enim reges Germani, quibus plerumque ne satis quidem potentiae erat, ut propriam terram moderarentur, Italiam magna parte semper sibi infestam auctoritate continere potuerunt? Inimicorum enim multi erant, quorum primum locum semper fere papa tenebat, amicorum fides plerumque incerta, gens rerum novarum cupida, imperium barbarum abhorrens; cum quolibet praeterea malarum artium genere imperatoribus certandum. Accessit, quod copiis nonnunquam non tam fortes erant, ut cum hostibus pugnare audere possent. Et si evenit, quod interdum sane factum est, ut imperator aliquis in rebus Italiae temperandis prospere succederet, simulac in patriam revertebatur, seditiones denuo incipiebant. Sed si ab ullo imperatore, ab Henrico discordiarum finem exspectare licuit Italiae. Omnibus enim virtutibus praeditus fuit, quibus effici id posset. Nam constantia, probitate, fortitudine, consilio insignis fuit. Moderatum praeterea in omnibus, quae egit, et a partium studio alienum se praebuit. Neque ambitione tantum commotus, aut ut coronam more solenni reciperet, in Italiam profectus est, sed sanctum imperatoris officium id putans, ut pacem ordinemque reconciliaret. Et ita sane in Italia egit, ut neutri parti faveret nullamque haberet rationem, utrum Ghibellinus aliquis esset, an Guelfus.[1]) Quin Dino Compagni, scriptor Guelphus, dicit, eum descendisse et ad singulas urbes ve-

1) Dino Compagni Cronaca Fior. III, pag. 143.

nisse pacem ubique conciliantem, tanquam angelus dei fuisset. (Dino III, pag. 141, ed. Parm. 1842.) Sed neque Ghibellinorum, neque Guelforum favorem ea ratione sibi comparavit. Inimici autem ei exstiterunt gravissimi, quorum vehementissimi erant Florentini, qui pecuniam pollicendo aliisque artibus omnes fere Italiae civitates contra eum sollicitarunt et effecerunt, ut multa Italiae superioris oppida ab eo deficerent. Maxime autem eos universamque partem Guelfam defendebat Robertus, rex Neapolitanus, eique Clemens V quoque papa favebat, subdolus ingenio et anceps in agendo, cum imperatoris expeditionem primum fovisset. Imperator, postquam frustra Florentiam obsidione tenuit, cum in eo esset, ut contra Robertum iter faceret, obiit anno 1313. Neque post Henricum alius exstitit imperator, qui strenue et constanter dignitatem imperii in Italia restituere conaretur. Cuius expeditio, per se gravissima, eo magis commovebat hominum animos, quod tanquam novum inusitatumque inceptum apparuit. Tam longo enim intervallo intermissum imperium in Italia iacuerat, ut ipsa eius fama atque memoria deleta paene esset.[1])

Iis, qui sequebantur, annis, pro Ghibellina parte praecipue Can Grande della Scala, Veronae princeps, ab Henrico vicarius imperii electus et Uguccione della Faggiuola certarunt, nec minus, quam antea, partium discordiis dilacerata iacuit Italia.

Iam si Italiae statum Dantis tempore consideramus, haec ante omnia insignia et commemoratione digna viden-

---

1) Dino Compagni III, pag. 137:
Vacante l'impero per la morte di Federigo II, coloro, che a parte d'impero attendeano, tenuti sotto gravi pesi e quasi venuti meno in Toscana e in Sicilia: mutate le signorie, la fama e le ricordanze dell'impero quasi spente, l'Imperatore del cielo provvide, e mandò nella mente del papa e dei suoi cardinali di riconoscere come erano invilite le braccia di santa chiesa, che i suoi fedeli quasi non la ubbidivano.

tur, praesertim comparantibus nobis illam aetatem cum iis, quae praecesserunt, temporibus. Primum omnium partium discordiae; deinde cleri et paparum mores, animique eorum proni ad ambitionem, et potentiae opibusque sibi comparandis magis intenti, quam rerum divinarum curae. Exitiabilis praeterea et privata plerumque commoda respiciens ratio illa, quam in iis, quae ad rem publicam pertinebant, sequebantur pontifices Romani. Neque, quod omnino imperatores ad ordinandas res Italicas valere desierant, tanquam leve aliquid considerari licet. Quo factum est, ut Henrici conatus restituendae imperatorum dignitatis etiam magis hominum animos sollicitaret. Id quoque inter res summi momenti numerandum est, quod ab eo inde tempore, quo iacuit imperatorum auctoritas, Galli magnam in res Italicas exercere vim inceperunt, id quod Dante causis, quae ex tota politica eius ratione proficiscuntur, commotus, vehementer detestatur.

II.

De discordiis civilibus in re publica Florentina.

1.

De Ghibellinorum Guelphorumque partibus usque ad annum 1282.

Origo Ghibellinorum Guelforumque Florentiae, ut in multis aliis Italiae urbibus, prorsus aliena fuit a certamínibus inter imperatores et pontifices. Cum enim anno 1215 inimicitia privata inter potentissimas Ubertorum et Buon-

delmontorum gentes exstitisset,[1]) reliqui fere omnes nobiles Florentini vel unam, vel alteram partem sequebantur, et ii quidem, qui a parte Ubertorum stabant, Ghibellini postea dicebantur, qui a Buondelmontis, Guelfi. Florentia, licet ad satis magnum potentiae gradum iam pervenisset opibusque floreret, usque ad id tempus non magnam vim exercuit in res Italicas, ac verita, ne quid damni inde sibi proficisceretur, a contentionibus, quae inter papas et imperatores intercedebant, fere abstinuit.[2]) Ceterum, ut res ferebant, papae magis partem amplectebatur. Itaque cum ceterae Italiae urbes iam discordia dilacerarentur, ipsa civium ambitione odioque non perturbata, fausta pace fruebatur. Iam vero postquam morbus rem publicam infecit, diutius, atrocius et perniciosius saeviebat, quam ulla alia in civitate.

Initio quidem contentiones, utpote privatae, non multum rei publicae detrimenti intulerunt. Cum autem Fridericus II imperator, cuius multum intererat, tam opulentam urbem sibi conciliare, Ghibellinae parti faveret, res prorsus mutata est. Missus enim cum Germanorum manu filius ubi Guelfos devictos eiecit multasque eorum arces diruit, Ghibellinis iam urbe potitis, et superbia gravibusque vectigalibus populum opprimentibus, acerbissima mox invidia exarsit. Ideo cives ii, qui maxima auctoritate utebantur, praesertim cum exsules Guelfi in regione circumiacente adhuc resisterent, revocandi eos consilium ceperunt. Quo facto bellantium partes pacem inter se conciliarunt. Sed ne in posterum urbs discordiis perturbaretur, rei publicae forma commutata est. Ducem populi (capitano del popolo) crearunt, qui cum duodecim senatoribus (anziani) civitatem administraret, et si quid periculi immineret, populo per viginti vexilla distributo praeesset. Prospere

1) Giov. Villani V, 87. Riccord. Malaspini pag. 104. Leon. Aretino. Hist. Flor. II. Dino Compagni I, pag. 5.
2) Machiavelli, Ist. Fior. II, pag. 68.

deinde bella contra Pistorium, Aretium et Senam gesta, Guelforum imprimis auctoritate. Multo plus enim Guelfi valebant, non solum, quod populus iniuriarum olim a Ghibellinis acceptarum memor erat, sed etiam, quia ab ecclesia, quam ab imperatoribus, minus periculi libertati imminere arbitrabatur.[1]) Ceterum Guelfi tam moderatos se praestiterunt, ut cum Guido Guerra cum copiis ab iis contra Viterbum missus, suo arbitrio Ghibellinos ex oppido expulisset, in urbem cum exercitu profecti exsules rursus reducerent. In universum tamen res publica ita Guelfam partem amplectebatur, ut quaelibet urbs vel arx vicina, dummodo Ghibellina esset, eam solum ob causam in suspicionem veniret.[2])

Ghibellini moleste cum ferrent veterem auctoritatem amissam, occasionem exspectarunt re publica denuo potiendi. Friderico mortuo praecipue Manfredus rex, cum fortiter feliciterque pugnando Apuliae regnum defenderet, Ghibellinam partem per totam Italiam sustinuit, et Ghibellinos Toscanae Lombardiaeque auxiliis Germanicis eas in partes missis adiuvit. A quo cum Pisani contra Florentinos sollicitati essent, ab illis proelio ad pontem Serchium victi sunt 1256.

Neque melius Ghibellinis Florentinis successit, cum Manfredi ope rei publicae statum mutatum iri confisi cum eo hac de re agerent. Detectis enim, quae machinabantur, ad iudicium arcessiti a magistratibus, iudicium subire recusarunt, et apparitores verberibus affecerunt, quin ar-

---

2) Mach. II, pag. 73. «Le quali imprese si fecero tutte per il consiglio de Guelfi, i quali molto più che i Ghibellini potevano, sì per esser questi odiati dal popolo per i loro superbi portamenti, quando al tempo di Federigo governarono, sì per essere la parte della chiesa più che quella dell'Imperatore amata, perché con l'ajuto della chiesa speravano preservare la loro libertà e sotto l'Imperadore temevano perderla.»

1) Villani VI, cap. 65. I Fiorentini avendo sospetto del castello di Pogibonzi, perchè teneano parte Ghibellina.

morum vim iis intulerunt. Itaque populus armis captis et impetu facto in aedificia Ubertorum, qui tumultus illius praecipui fuerant auctores, nonnullos eorum occidit omnesque Ghibellinos urbe exire coegit. Senam illi se contulerunt. Munitae eorum domus turresque dirutae; lapidibus cives ad communiendam urbem usi. Praefectus monasterii ad Valombrosam, nobili gente Papiensi ortus, suspectus tanquam conscius eius coniurationis, a plebe comprehensus et cum cruciatibus necatus est. Quod facinus cum papam offenderet, coetu ecclesiae Florentiam exclusit.

Exsules illi auxilium petierunt a Manfredo, qui primum quidem centum tantum equites Germanicos iis misit, deinde autem comite Giordano duce octingentos alios. Florentini cum exercitu contra Senam profecti sunt. Farinata degli Uberti, insignis inter Ghibellinos consilio audaciaque, dolo effecit, ut ad proelium eos alliceret. Montaperti ad Arbiam flumen Guelfi summam cladem acceperunt, quae tantum iis iniecit terrorem, ut de urbe defendenda prorsus desperantes, licet muris, turribus, fossis et aqua bene munita esset, sine ulla spe salutis Lucam confugerent. Paucis diebus post victores cum comite Giordano, cum copiis Germanicis aliisque auxiliis Ghibellinis Toscanae, Florentiam ingressi sunt statimque Guido Novello comiti rem publicam Manfredi nomine administrandam tradiderunt, Giordanum autem belli ducem crearunt. Secundum pactum quoddam, quod iis erat cum Senensibus, quinque castella in eorum confinio disiecerunt. Bona exsulum Guelforum publicata multaeque arces eorum prorsus dirutae sunt. Brevi post, concilium Ghibellinorum Toscanorum Empoli cum esset, omnium fere consensu decretum est, ut Florentia, tanquam maximum Guelfae partis praesidium, funditus deleretur. Contra quod solus Farinata degli Uberti pugnavit, dicens, id unum se spectasse, ut in patriam reverti sibi liceret: iam cum id sibi contigerit, etiamsi ab

omnibus destitueretur, quantum posset, urbem se defensurum. Acri eius oratione tantique viri auctoritate efficiebatur, ut urbs servaretur. Ingratum postea se praebuit populus Florentinus contra Farinatam eiusque posteros.

Guelfi Florentini vehementer pressi a Manfredo et Ghibellinis, cum ab ecclesia non satis adiuvarentur, legatos in Germaniam ad Conradinum puerum miserunt, qui auxilium ab eo peterent contra Manfredum avunculum, neque vero illud successit. Guido Novello anno 1263 expeditionem contra Lucam fecit et Lucenses exsulesque Florentinos proelio devicit. Lucenses cum ab illis nihil nisi detrimentum sibi profecturum putarent, pactione cum Guido facta coegerunt eos, ut urbe exirent. Itaque Bononiam illi confugerunt, iamque neque oppidum, neque castellum ullum in Toscana erat, quod Ghibellinam partem non sequeretur. Neque tamen Ghibellinorum potentia duravit. Caroli Andegavensis adventu alterius partis fiducia aucta est. Guelfi exsules contra Manfredum eum adiuverunt, et victo occisoque illo ad Beneventum, cum amicis, qui ipsis erant in urbe de reditu egerunt. Populus praeterea infestus erat Ghibellinis, cum a Guido Novello atque ceteris, qui civitatem regebant, pecuniis extortis alioque modo vehementer pressum se existimaret. Quare illi, quo gratiam popularem sibi reconciliarent, mutata rei publicae forma auctoritatem civium augere instituerunt. Commiserunt igitur reformandae rei publicae novorumque institutorum disponendorum munus duobus equitibus Bononiensibus, qui potestatis (podestà) magistratu fungerentur.[1]) Guelfus alter eorum fuit, alter Ghibellinus.[2]) Ab iis e spectatissimis optimisque maiorum septem artium (*arti* dicebantur opificum collegia) mercatoribus opificibusque triginta sex boni viri (buoni huomini) electi, Guelfi et Ghi-

1) Dante Inf. 23, 104.
2) Villani VII, 13.

bellini, simulque in eorum numero creati sunt nobiles quidam non suspecti.[1]) Patet ex his Villanii verbis et ex multis aliis testimoniis, si una pars ex urbe eiiciebatur, non omnes, qui eam sequebantur, expulsos esse, sed nonnullos semper in urbe remansisse. Qui quidem, opinor, plerumque fuerunt tales, qui vel alieni fuerant a contentionibus, vel non magna auctoritate utebantur, ita ut, qui rem publicam administrabant, ab iis non timerent. Dante, Guelfa gente ortus, tempore eo, quo exsules extra urbem steterunt Guelfi, Florentiae natus est. Singulis illis septem artibus maioribus consules praepositi et duces belli; vexilla praeterea et insignia iis data, ut, si quis urbis pacem armis perturbare conaretur, statim ad defendendam rem publicam paratae essent.[2])

Novis illis institutis Ghibellini approperarunt perniciem suam; cum enim eos poeniteret, quod auctoritate ipsi se privassent, et armorum vi pervertere urbis statum conarentur, pugna in urbe orta est, in qua victor evasit populus. Guido Novello, cum nonnulli e suis occisi essent, timore correptus, a nemine pulsus, frustra amicis contra hortantibus, cum omnibus copiis suis Pratum confugit. 1266.

Initio anni sequentis a populo, quo securior staret res publica, exsules omnes, et Guelfi et Ghibellini, in urbem revocati sunt, et ad pacem reconciliandam connubia inter potentissimas utriusque partis gentes iuncta. Quae res cum multarum aliarum gentium Guelfarum suspicionem moveret, a rege Carolo petierunt, ut auxilium sibi mitteret. Carolus 800 armatos Guido de Montfort duce Florentiam misit, tantusque Ghibellinis iniectus est terror, ut nocte, quae

---

1) Villani VII, 13, et grandi non sospetti, ch' erano rimasi in Firenze.

2) Primum Florentiae duodecim corpora opificum, quae dicebantur artes, erant, septem maiores et quinque minores; postea minorum numerus auctus, ita ut quatuordecim essent, omniumque artium numerus 21.

eorum adventum praecessit, Senam, Pisas et in alia oppida vicina confugerent. Regi urbis administratio in decem annos delegata est. Vicarius ab eo quotannis Florentiam missus est, et duodecim boni viri, cives Florentini, urbi praepositi, qui simul cum illo rem publicam administrarent.[1]) Iam omnis auctoritas penes Guelfos erat. Quin uni e magistratibus nomen erat accusatori Ghibellinorum.[2]) Eodem fere tempore Luca, Pistorio, Volterra, Prato, Sangiminiano Ghibellini pulsi et foedera inter Florentiam illaque oppida facta. E Toscanae urbibus Pisae tantum et Sena Ghibellinam partem amplectebantur. In Lombardia quoque Guelforum potentia augebatur. Gregorius X papa, postquam frustra partes reconciliare conatus est, urbem excommunicavit. Graves deinde inimicitiae ortae sunt inter nobiles gentes Guelfas, praecipue inter Adimaros ab una et inter Tosinghos Donatosque ab altera parte. Petentibus iis, qui praeerant rei publicae, a Nicolao III pontifice maximo, ut malis illis mederetur, Latinum cardinalem, prudentem virum et probum, Florentiam misit. Ei non solum prospere successit, ut singulas Guelforum gentes inter se pacaret, sed etiam ut inter Ghibellinos Guelfosque pacem reconciliaret. Revocati igitur exsules Ghibellini, exceptis nonnullis, qui auctoritate insignes erant, in urbem redierunt bonaque sua recuperarunt. Instituit praeterea legatus ille, ut res publica a quatuordecim bonis viris regeretur, quorum octo essent Guelfi, sex Ghibellini. Creabantur e nobilibus atque e plebe, et singulorum magistratus per duos menses durabat. 1278.

2.

A priorum magistratu instituto usque ad Henrici VII imperatoris mortem 1283—1313.

Ratio illa administrandae per quatuordecim bonos viros rei publicae a Latino cardinali instituta neque Guelfis

1) Villani VII, 15.
2) Vill. VII, 16.

placuit, neque plebi. Moleste enim tulerunt illi, quod honorum participes erant Ghibellini, praesertim cum, Carolo rege rem male gerente, eorum potentia in Toscana aliisque Italiae partibus in dies magis augeretur. Plebs autem legum auctoritate non satis a nobilium iniuriis defendebatur. Mutata igitur rei publicae forma tres e superioribus tribus, quae vocantur, artibus eligebantur viri, qui rem publicam moderarentur.[1]) Apellabantur *priores artium* et singulorum munus durabat duos menses.[2]) Nemini, nisi qui mercator erat, vel artem aliquam profitebatur, magistratu illo fungi licuit. Quae rei publicae forma ita omnibus placuit, ut duobus mensibus praeterlapsis sex priores trium loco crearentur. Hic numerus usque ad annum 1382 servabatur. Institutum illud initium diminuendae nobilium potentiae fuit. Paullatim enim honorum iure omnique auctoritate privabantur.[3])

Eo, quod sequebatur, tempore magnopere res Florenti-

---

1) Villani VII, 80.

2) Signori quoque dicuntur et eorum collegium *la signoria*.

3) Licet institutum esset, ut res publica pariter a Ghibellinis et Guelfis regeretur, Ghibellinorum tamen auctoritas fere nulla erat, quod ex omnibus rebus a civitate Florentina illis temporibus gestis et e multis scriptorum testimoniis colligi licet.

Villani VII, 82. «Et questo trovato et movimento si trovò per li Consoli et consiglio dell'arte di Calimara, della quale erano i più savi et possenti cittadini di Firenze, et del maggiore stato di grandi et popolani, i quali intendeano a procaccio di mercatantia et specialmente che più amavano la parte Guelfa et di santa chiesa, et primi priori dell' arti furono tre.»

VII, 89. «Negli anni di Christo 1283, essendo la città di Firenze in buono et pacifico stato et in grande tranquillo, utile per li mercatanti, et artifici et massimamente per li Guelfi che signoreggiavano la terra.»

Cap. 107. «Ove grandissimo spargimento di sangue s'era fatto, come in parte s'è fatta mentione adrieto, et innumerabile spendio per la chiesa di molta moneta, et anchora per li Fiorentini et Bolognesi, che molta vene spesono in servigio di santa chiesa.»

norum potentia opibusque augebantur multumque bellis feliciter gestis accrescebant. Cum Aretii, ubi illo tempore res publica pariter divisa erat inter Guelfos Ghibellinosque, Guelfi, incitati a Florentinis, Ghibellinos ex oppido pellere conati essent, illi, certiores facti de coniuratione, Guelfos in exsilium eiecerunt, neque ullo modo, ut eos rursus in urbem reciperent, precibus minisque Florentinorum commoti sunt. Qua de causa bello inter utramque civitatem orto Ghibellini Aretini, quibus auxilio venerant et alii Toscanae Ghibellini, et exsules Florentini, ad Campaldinum sive Certomondum, postquam acriter pugnarunt, summam cladem acceperunt 1289.[1]) Aderat pugnae illi et inter equites fortiter a parte Guelfa stetit Dante. Quae victoria a Florentinis non considerabatur tanquam de Aretinis, sed de Ghibellinis reportata. Itaque Florentiae in palatio (palagio) ad celebrandam insignis eius proelii memoriam haec verba erant: „*Victi Ghibellini ad Certomondum,*“ ne Aretini, qui simul cum re publica Florentina vicerant, offenderentur.

Ut primum bellum finitum erat, statim contentiones denuo in urbe oriebantur. Nobiles enim, qui, quamdiu cum Ghibellinis iis pugnandum erat, superbiam, ne plebis favorem amitterent, vel quia tempus eius modi rebus deerat, celaverant, iam, civitas cum ab exteris hostibus secura esset, neque ipsis timendum ab adversariorum factione, omnibus iniuriis et violentiis plebem opprimebant. Neque magistratuum legumque auctoritas tanta erat, quae punire eius modi scelera posset, cum, si quis nobilium accusatus vel condemnatus erat, suorum auxilio contra priores se defenderet. Perraro autem nobilium aliquis condemnabatur. Cum enim testimoniis opus esset, nemo fere erat, qui contra nobiles testimonium dicere auderet, et condemnatus si quis erat, quia semper unus nobilium inter priores erat, facile, quo minus ille puniretur, impediebant.

1) Villani 7, 130.

Quae mala ut sanarent, cum multi alii cives, quibus patriae salus cordi erat, tum unus, nomine Giano della Bella, plebeia quidem, illustri tamen et potenti familia ortus, homo magni consilii, animo fortis libertatisque amicus, convenerunt, et contra nobilium potentiam imminuendam licentiamque eorum coercendam leges condiderunt, quae ab omnibus viginti quatuor *artibus* accipiebantur atque sanciebantur.[1]) Dicebantur *ordines iustitiae (ordini di giustizia)* et erant hae:[2])

1) ut, si quis delictum commiserit, eius quoque propinqui poena tenerentur (che fosse tenuto l'uno consorte per l'altro.)

2) ut ad crimina probanda publica fama et duo testimonia sufficerent (che i maleficii si potessono provare per due testimoni di publica voce e fama.)

3) ut triginta tribus nobilium gentibus (omnibus nempe iis, qui dicebantur *magni*) priorum magistratu fungi non liceret. (e deliberarono, che qualunque famiglia avesse avuti cavalieri tra loro, tutti s'intendessono essere grandi, e che non potessono essere de'signori, nè de'loro collegi: e furono in tutto le dette famiglie trentatrè.)

4) ut illo ab tempore novi priores ab iis, qui ante eos honore illo functi erant, aliisque civibus cum ad finem adiunctis crearentur (che i signori vecchi con certi arroti avessono a eleggere i nuovi.)

---

1) Cives Florentinos illius temporis optime in quatuor ordines dividi licet. Primus est eorum, qui dicuntur *nobili grandi*, qui sunt e veteribus nobilium gentibus, potentia et auctoritate insignes; altero ordine comprehenduntur nobilium ii, qui vita et moribus ad plebem proprius accedunt, ita ut non armis tantum, sed etiam commercio operam navent. E duobus plebeiorum (*popolani*) ordinibus unus est eorum, qui dicuntur *popolani grandi* sive *grassi*, homines potentia opibusque conspicui; (Dino Compagni I, pag. 23. I potenti cittadini, in quali non tutti erano nobili di sangue, ma per altri accidenti erano detti grandi.) alter inferioris plebis est ordo.

2) Giov. Villani VIII, 1. Dino Compagni I, pag. 20.

Qui ordines ut confirmarentur, neque vi aut artibus nobilium perturbarentur, virum elegerunt, qui simul cum prioribus magistratum iniret eandemque, quam illi, potestatem haberet et cuius officium duos menses duraret. Nomen ei erat *gonfaloniere di giustizia*, qui, si quid periculi rei publicae immineret, cum mille armatis, sumptis e civibus per singulas sextas partes urbis, paratus esset ad magistratuum iussa exsequenda nobiliumque superbiam puniendam, 1292. Postea eorum, quibus praeerat, numerus augebatur, primum ita ut duo, deinde ut quatuor millia essent.

Praeterea, qui rem publicam regebant, ut etiam magis nobilium auctoritatem, quae bellis saepe crescit, imminuerent, cum Pisanis pacem petentibus se conciliarunt.[1]) Impedire potuissent nobiles novas illas, quibus eorum potentia frangebatur, reipublicae formas, nisi gravibus inter se discordiis prohibiti fuissent, quo minus acriter contra niterentur.

Institutorum illorum auctor, Giano della Bella, cum pauperes impotentesque acriter semper defendens et severiter in eos, qui poenae obnoxii erant, animadvertens, summum nobilium plebeiorumque potentium odium in se concitasset, ab inimicorum uno, qui inter priores erat, accusatus est, quod tumultum quendam a plebe ortum concivisset. Itaque, neque magistratibus, neque plebis levibus animis confidens ex urbe effugit, et statim cum abiisset, capitis damnatus est eiusque bona publicata.[2]) 1294.

Satis quieta per nonnullos annos urbs stetit. Tentarunt quidem nobiles anno sequenti, seditione facta rei publicae statum perturbare, legesque, iniquius, ut putabant, a Giano contra se factas, mutare, sed operam in ea re perdiderunt, nisi quod impetrarunt, ut tribus testimoniis ad condemnandos accusatos opus esset. Tanta autem fuit civium ira

1) Villani VIII, 2.
2) Vill. VIII, 8.

contra priores, qui id iis concesserant, ut, cum magistratu abirent, lapides in eos coniicerent alioque modo aspere eos tractarent.

Quod autem iam sequitur tempus, miserrimum longe et infelicissimum rei publicae Florentinae est, ubi discordiis, caede ac rapinis omnia miscebantur. Nullus legum metus, nihil sanctum, bella continue intestina, civis contra civem, Guelfus contra Guelfum, frater contra fratrem pugnabat, per ambitionem et scelera omnia ruebant. Pauci boni, qui contra nitebantur, aut non auditi, aut in exsilium missi. Et urbs, quae civium malis artibus ita perturbabatur, tam potens erat, ut, si concors fuisset, cuilibet hosti resistere potuisset. Fuit enim hominum numero tam fortis, ut, quod Villani tradit, ipsa evocare posset armatorum triginta millia, ex agris autem cogere multitudinem septuaginta millium. Praeterea omnes fere Toscanae civitates partim ut subiectae, partim ut amici Florentinis obediverunt, ita ut nulli Italiae civitati inferiores essent, et neque Ghibellinos in exsilium missos, neque imperatores timerent. Haec autem fuit origo inimicitiarum civilium.

Cerchorum praecipue et Donatorum gentes Florentiae ante omnes potentia et auctoritate erant conspicui. Contestationes inter eos exstiterunt, et quia vicini erant in urbe atque in praediis extra urbem, et quia Donati, vetere nobilitate insignes, Cerchorum, hominum novorum, recenti potentiae invidebant. Eodem fere tempore Pistorii, urbe ferocibus civium moribus famosa, Cancellierium nobilissima gens divisa inter *alborum (Bianchi)* et *nigrorum (Neri)* partes, utrasque Guelfas, inimicitias exercebat gravissimas multaque atrocia commisit facinora. Quare Florentini, timentes, ne Pistorium per partium contestationem in Ghibellinorum potestatem perveniret, ipsi administrationem eius oppidi susceperunt simulque duces partium Florentiam vocarunt ad pacem Pistorio reconciliandam. Quam in urbem illi sua odia portarunt, cum *nigrorum* pars, familiaritate cum

Donatis coniuncta, ab illis, altera pars a Cerchis, propinquis suis foveretur, ita ut, manentibus factionum nominibus, Florentia quoque mox inter *albos nigrosque* divideretur.

Donatorum gens, etsi opibus, potentia et amicorum numero adversariis inferior, generis nobilitate et audacia longe eos superavit. Princeps eorum fuit Corso, qui in memorabili illo ad Campaldinum proelio, Pistoriensium, qua in urbe summo tum magistratu ornatus erat, copiis cum praeesset, plurimum audacia sua effecerat ad victoriam suis reportandam. Homo fuit fortissimus, consilii plenus, corporis forma decorus, disertus in loquendo, rerum novarum cupidus, aurae popularis captator, patriae dominationis appetens, neque ab ullo scelere abhorrens, dummodo ea, quae perpetrare voluit, persequeretur. Malis artibus, veneno, civium sanguine, ferro et igne urbem devastabat. Alterum Catilinam eum dicit Dino Compagni, historiarum scriptor, crudeliorem tamen Romano illo.

Alteri parti praefuit Vieri de' Cerchi, qui etiam ad Campaldinum fortiter pugnaverat, non tam profligatus, quam Corso, neque tamen is, qui constantia prudentiaque cum eo comparari posset. Cerchorum gens aliquantum evitabat nobilium consuetudinem magisque se applicabant ad amicitiam plebis et magistratuum, quibus acceptissimi erant, cum plurimum valerent divitiis, simulque humani et quam maxime officiosi essent, ita ut a plebeiis et a prioribus quaecunque cuperent, impetrare possent. Qui Giani della Bella partes secuti erant, cum iis se coniunxerunt, quia eius eiectionem moleste tulisse videbantur. Omnes praeterea Ghibellini eos amabant, quod ab iis non offendebantur multaque ab iis acceperant officia. Etiam Guido Cavalcanti, celeberrimus poeta, ab iis stetit, odio privato contra Corsum ductus, qui, iter cum Guido faceret in Hispaniam sacri alicuius causa, occidere eum conatus erat, et vehementer quidem Corso ab eo timebat, quia manu fortissimus erat. Tot cum essent eorum sectatores, satis

facile ad regendam rem publicam pervenire potuissent, si improbiores aut fortiores fuissent. Iam autem, cum adversarii, homines pravissimi, superbia et invidia contra plebem ducti omni modo rem publicam perturbare conarentur, Cerchi, qui tam malas res sane non machinabantur, negligentia magis sua et ignavia, quam malis artibus, rem publicam perdiderunt. Boni quidem fere omnes ab eorum parte steterunt, cumque saepe iam utrinque armis in urbe congressi essent, ad Bonifacium VIII papam legatos miserunt, ut necessitatibus illis mederetur. Is cardinalem Aquaspartam Florentiam misit nomine pacis conciliandae, qui, cum ea, quam exspectaverat, auctoritas sibi non delegaretur, nec re vera pacis valde esset studiosus, sed *alborum* potius potentiam diminuendam spectaret, iratus mox abiit urbemque a Christianorum consuetudine segregatam magis etiam quam antea perturbatam reliquit, 1300. Is Florentiae cum versaretur, nobiles quidam e Donatorum parte, cum *artes* eorumque consules religionis alicuius causa in templum irent, impetu in eos facto verberibus verbisque ignominiosis eos offenderunt, dicentes: Nos sumus ii, qui hostes ad Campaldinum vicimus, vos autem removistis nos a magistratibus honoribusque urbis nostrae.[1]) Convenerunt praeterea ii, qui *nigrorum* factioni praeerant, in ecclesia sanctae trinitatis et contra rem publicam coniurarunt, cum decernerent, legatos ad papam mittendos esse, ut is Carolum de Valois, Gallorum regis fratrem, Florentiam advocaret ad statum urbis mutandum. Princeps autem coniurationis illius auctor fuit Corso Donati. Boni atque prudentes viri *priorum* officio tum temporis fungebantur, inter quos erant Dino Compagni et Dante Alighieri. Itaque cum, quae illi machinarentur, comperissent, consilio inter se facto seditionis auctores in exsilium mittere constituerunt. Simul, quo securior staret res publica, et

1) Dino Compagni I, pag. 38.

ne quis partium studio se ductos arbitraretur, ad invidiam removendam alterius quoque partis nonnullos in exsilium egerunt. Ii, qui e Cerchorum parte damnati erant, obediverunt et in regionem sibi destinatam Sartanam in confiniis civitatis Florentinae abierunt. Corso Donati autem cum suis ad castellum della Pieve abire recusavit, confidens Lucensium auxiliis, quae cardinali Aquasparta auctore urbi appropinquabant. Quae copiae litteris a Dino Compagni scriptis et Iacobi Bardi auctoritate commoti reversae sunt et exsules illi ex urbe discesserunt. Qui si arma cepissent fortiterque adversarios aggressi essent, re publica potiti essent. Non multo post illi, qui ad Sartanam in exsilio steterunt, cum multi eorum propter pestilentem locum in morbos incidissent, revocabantur, inter quos fuit Guido Cavalcanti, qui vix reversus obiit.

Neque tamen quieta stetit altera pars. Corso Donati Romam ad papam profectus omni modo nitebatur, ut commoveret eum ad auxilium suis procurandum. Quae quidem res ei successit. Variis enim de causis Bonifacius odium in Cerchos conceperat Donatorumque causam amplectebatur. Villani narrat, cum a Viero de'Cerchi Romae petiisset, ut se conciliaret cum Donatis, illum respondisse, conciliatione minime opus esse, neque enim se Corsi inimicum esse, neque Guelfae partis adversarium, et cum magna papae indignatione abiisse.[1]) Aliae autem sane et graviores erant causae. Cum enim Bonifacius Donatos audaciores et ad res fortiter gerendas magis paratos videret, eorum sibi quam adversariorum amicitiam conciliare maluit. Quare ad unum ex eorum amicis scripsit, minime se amittere velle viros ob mulierculas sibi conciliandas.[2]) Et ad finem libri I sic scribit Dino Compagni: Qui eos (sc. Cerchos) non cognoscebant, opulentos, sapientes prudentesque eos putabant ideoque

1) Villani VIII, 38.

2) Dino Compagni II, pag. 62. Jo non voglio perdere gli uomini per le feminelle.

spem in iis ponebant. Viri autem prudentes dicebant: Mercatores sunt et sua natura ignavi, inimici autem eorum belli periti crudelesque viri.

Calumniabantur praeterea Donati Cerchos, tanquam Guelforum adversarii essent, et summum periculum imminere dicebant, ne in Ghibellinorum potestatem Florentia rediret et Colonnensibus, papae inimicissimis, refugio esset. Quare caveret, ne tanta urbe, quae tam diu ecclesiae fortissimum praesidium et quasi scudum fuisset, hostes potirentur. Multum sane apud papam verba improba valuerunt, plus autem pecunia verbis mixta, qua corrumpere eum studebant. Avarissimus enim fuit.[1])

Cerchi ab altera parte non satis prudenter ad periculum ab adversariis sibi paratum avertendum egerunt. Quo enim maior ipsorum potentia videretur, si a Donatis offendebantur, minitabantur iis, dicentes, amicitiam sibi esse cum Pisanis Aretinisque. Et si obstrectabatur iis, quod inter eos et Ghibellinos Toscanos machinationes secretae intercederent, minime id, etiamsi verum non esset, hostibus terrorem ut iniicerent, negabant. Dicebant enim: Magis nos timebunt, cum metuant, ne cum illis nos coniungamus, et Ghibellini magis nobis erunt amici, cum spem in nobis ponant. Tali modo Cerchis, ipsi rem publicam regere cum vellent, accidit, ut ab aliis regerentur.[2])

Iam Bonifacius, ut Cerchorum parte a re publica remota urbem in potestatem *nigrorum* redigeret, Carolum de Valois, Philippi IV, Gallorum regis fratrem, qui ad bellum

---

1) Dino Compagni II, pag. 50. »E più pericolo feciono le parole falsamente dette in Firenze, che le punte de 'ferri.» I, 37. «I Donati ne temeano e diecano che i Cerchi aveano fatto lega co' Ghibellini di Toscana: e tanto gl'infamavano che venne a orecchi del papa.» I, 48. I nemici de' Cerchi coniurarono ad infamarli a' Guelfi, dicendo, che s'intendeano con gli Aretini e co' Pisani e co' Ghibellini, e questo non é vero.»

2) Dino Compagni I, pag. 48.

contra Fridericum, Aragoniae regem, in Sicilia gerendum in Italiam venerat, Florentiam nomine pacificatoris *(paciaro)* misit.[1]) Neque *albi*, neque *artes*, quo minus in urbem intromitteretur, repugnarunt, sed concesserunt, ut veniret et honoribus omnibus afficeretur, quibus tantus vir dignus esset. Pistores tantum, neque ut in urbem reciperetur, neque ut honores ulli in eum conferrentur permittere voluerunt, cum dicerent, venturum eum ad perdendam rem publicam.[2]) Itaque Carolus, postquam iureiurando promisit, nihil in rei publicae legibus se mutaturum, neque imperii titulo vel alia de causa magistratum aliquem urbis se acceptum, cum multis copiis urbem intravit die quarto novembris anni 1301. Magnus inde Cerchorum parti terror ortus, gaudentibus adversariis, quod iam suo arbitrio urbem regere sibi liceret. Quin, cum Caroli praesentia et papae favore satis defensos se arbitrarentur, inimicosque animo esse abiectos viderent, sine copiis praeterea, nequ. ullo modo ad bellum paratos, urbe potiri constituerunt et armis eos offendere inceperunt. Priores, licet boni essent viri et pacis studiosi, omnique modo, quantum in iis, salvam rem publicam servare tentarent, perturbationem prohibere non potuerunt. Corso Donati cum multis aliis exsulibus, excitatus a suis, legum poenas non metuens, in urbem venit, sciente Carolo, licet dissimularet ille et diceret, si Corso redire auderet, ultimo se eum supplicio affecturum. Non armis eum aggredi Vieri de'Cerchi ausus est, quanquam ad id eum exhortarentur, obtendens, a populo illum, contra quem venerit, puniendum esse. Adventus eius summo urbi detrimento fuit. Effractis enim carceribus publicis, et illis, qui in iis retinebantur, liberatis,

1) Dino II, 50. «Fu il nome di detta commissione molto buono, ma il proponimento era contrario, perchè volea abbattere i Bianchi e innalzare i Neri, e fare i Bianchi nemici della casa di Francia e della chiesa.

2) Dino II, 56.

adversariorum aedificia diripuit igneque devastavit. Neque Carolus quidquam, malo ut mederetur, fecit. Imo vocatis ad se utriusque partis ducibus, *nigrisque*, qui sine ullo metu venerant, dimissis, *albos* male tractatos tanquam maleficos per noctem retinuit. Cum iam satis aperta essent, quae re vera Carolus spectabat, omni simulatione abiecta argentum a civibus variis nominibus extorquere conatus est, sed cum dare nollent, vi eripere non ausus est.

Quo melius misera urbis conditio perspiciatur, liceat mihi Dini Compagni iis de rebus verba afferre:

„Multa turpia facinora contra virgines matronasque commissa; pupilli re familiari privati, homines indefensi bonis spoliati et ex oppido pulsi. Multas novas leges fecerunt, quot et quales voluerunt. Multos accusarunt eosque coegerunt, ut contra rem publicam se coniurasse confiterentur, et etiamsi essent innocentes, tamen in eos animadversum. Si quis se non defendebat, in contumaciam capitis damnabatur bonaque eius publicabantur; si in iudicium venit, multabatur, deinde, novorum criminum accusatus, crudeliter ex urbe eiiciebatur. Multae divitiae in locis occultis abscondebantur, multae linguae paucorum dierum spatio mutabantur. Multae contumeliae verborum in ultimorum mensium *priores* conferebantur ab iis ipsis, qui paulo ante laudibus eos extulerant. Multi eos vituperabant, ut eorum adversariis placerent, multisque eos afficiebant molestiis; et qui male de iis loquebantur, mentiebantur, cum omnes *priores* illi salutem honoremque urbis spectassent. Sed contra niti nihil iuvabat, quia adversarii eorum spei pleni erant. Deus eos fovebat, papa adiuvabat, Carolus armis eos defendebat, ab hostibus non timebant.“[1])

„Multi, antea obscuri, sceleribus potentiam sibi comparabant, et, cum crudeliter civitatem regerent, multos

1) Dino II, 78.

tanquam homines seditiosos condemnabant et ex urbe pellebant. Multorum domus devastabant, multosque poenis iis privabant, prout inter eos decretum et scriptum erat. Impunitus nemo effugiebat. Nihil valebat propinquitas, nihil amicitia. Poenae iis, quibus destinatae erant, neque diminui, neque mutari poterant. Nihil nova matrimonia valebant; quisque amicus evasit inimicus, frater deserebat fratrem, filius patrem, omnis amor, omnis humanitas extincta erat. Multi in locos remotos ab urbe sexaginta millia in exsilium mittebantur. Multa acerba tributa imponebant multasque dissipabant divitias. Fides, humanitas, misericordia inveniebatur in nullo. Qui vehementissime clamabat, moriantur proditores, is erat maximus eorum."[1])

Magistratus novi arbitrio eorum, qui iam urbem regebant, creati sunt primo die novembris, pessimi cives, inter quos Cante [Gabrielli d'Agobbio *podestà* factus est, vir improbus, a quo multum damnum res publica accepit.

Cerchi, ignavia et nimia parsimonia ducti nihil fecerunt, ut se atque rem publicam ab illorum iniuriis defenderent, et cum, quia animus iis deerat, armis fortiter non resisterent eaque de causa reprehenderentur, legibus se obedire dixerunt.[2])

Multi ex *alborum* parte et ex veteribus gentibus Ghibellinis in *nigrorum* societatem recipiebantur, nulla alia de causa, quam ut scelera committerent.[3])

Carolus iis, ad quae perficienda venerat, peractis, Romam ad papam reversus pecuniam ab eo petiit, cui Bonifacius, ad fontem auri se eum misisse respondit. Non

---

1) Dino II, 80.

2) Dino Comp. II, 79. Praeterea, ubi Baschierae Tosinghi virtutem laudat, dicit: «Di tanto vigor fussono stati gli altri cittadini di sua parte, che non avrebbono perduto! Ma vanamenmenta pensarono, dandosi a credere non essere offessi.

3) Dino II, 81.

multo post Carolus iterum Florentiam profectus est falsa specie coniurationis contra se factae puniendae. Multos igitur e parte *alba* condemnavit, domos eorum concremavit bonaque publicavit, et mense martio vel aprili anni 1302 sexcentos fere eius partis homines in exsilium misit, inter quos fuit Dante Alighieri. Paulo post Carolus ex urbe abiit ad bellum in Apulia gerendum, et Florentia remanebat in potestate Corsi Donati aliorumque hominum improborum, inter quos nemo erat, a quo magnum detrimentum res publica non acceperit.[1])

Albi illi patria extorres Aretium primum confugerunt, ubi summo tum magistratu fungebatur Uguccione della Faggiuola. Vetere gente Ghibellina ortus erat, sed vana spe ductus, fore, ut Bonifacius filium petitione sua cardinalem faceret, tam male illos tractavit, ut mox abirent. Pars in urbem Forli, ubi vicarius ecclesiae Scarpetta degli Ordelaffi erat, pars Senam se recepit. Senae quoque non diu steterunt, cum civium fides nimis ambigua esset. Varii praeterea casus adversi iis acciderunt. Cum enim exiguo quodam proelio Scarpetta duce victi essent a *nigris*, crudeliter in captos saevitum est. Nam post multa tormenta ultimo supplicio affecti sunt. Neque ulla ratio habita, utrum Guelfus aliquis, an Ghibellinus esset; *albi* enim omnes tanquam Ghibellini considerabantur ab adversariis. Itaque multi, quorum patres semper a parte Guelfa steterant, et qui ipsi nullo modo quidquam adversus illam partem egerant, contra ipsorum voluntatem Ghibellini facti sunt.

Bonifacius VIII, implacabilis *alborum* adversarius, anno 1303 cum mortuus esset, Benedictus XI, qui eum sequebatur, vir vitae sanctitate atque probitate insignis, cardinalem fecit Nicolaum de Prato, cuius maiores fuerant Ghibellini. Quare Ghibellini et *albi*, in patriam redeundi

---

1) Dino II, 85. »de' quali niuno si può scusare, che non fosse gaustatore della città.»

spe commoti effecerunt, ut papa eum reconciliandae pacis causa in Toscanam mitteret. Qui Florentiam cum veniret, ad animos sibi conciliandos veteres ordines divisi per vexilla populi rursus instituit. Et primum quidem magnis honoribus affectus est. Revocatis ex exsilio quatuordecim viris maximae auctoritatis e parte *alborum*, inter quos etiam fuit unus ex Ubertorum gente, pace inter utramque partem facta magnam in urbe laetitiam procreavit. Mox autem malis artibus eorum, qui rem publicam regebant, in suspicionem venit, tanquam nimio *alborum* studio ductus *nigros* de re publica removere vellet, et, gravissimas iniurias postquam accepit, iratus ex urbe abiit coetuque ecclesiae eam exclusit. Non multum post eius discessum ii, qui partis *nigrae* principes erant, ad expellendos adversariorum quosdam incenderunt urbem, ita ut 1700 fere domus igne devorarentur. A quibus sceleribus ut se purgarent, amicorum numero, pecunia et verbis falsis freti, Perusiam ad papam profecti sunt duodecim viri, inter quos Corso Donati et Rosso della Tosa, qui de dominatione inter se per aliquod tempus certaverant. Qui cum Florentia abessent, exsules, admoniti a cardinali di Prato, ut putant nonnulli, consilium ceperunt urbe potiendi. Itaque cum copiis Bononiensium, Aretinorum aliorumque amicorum ad urbem moverunt, et pars eorum Florentiam intravit. Sed tamen ad irritum cecidit eorum inceptum, temeritate maxime Baschierae Tosinghi, multisque eorum ab hostibus caesis in fugam se dederunt, 22 die Iulii mensis 1304.

Eodem die Benedictus papa Perusiae mortuus est, incertum an veneno a *nigris* accepto.

Corso Donati, rerum novarum semper studiosus et ad capessendum plebis favorem aversus a sententia eorum, qui summa in re publica erant auctoritate, in suspicionem venit, ut tyrannidem aspiraret, quae eo etiam augebatur, quia filiam Uguccionis della Faggiuola, potentissimi in Toscana Ghibellinorum ducis, in matrimonium du-

sterat. Armis igitur sumptis adversarii adorti eum sunt. Ille autem acriter in domo sua bene munita se defendit, auxilium ab Uguccione exspectans. Sed ubi ea spe decipiebatur, frustra se resistere videns, effugere cum conaretur, ante urbem captus occisusque est, 1307. [1])

Satis iam quieta post eius mortem stetit res publica Florentina, donec occiso Alberto imperatore Henricus VII imperium suscepit. De cuius consilio, in Italiam ut proficisceretur, certiores facti Florentini, primum quidem, ne tantum ab hostibus sibi esset timendum, exsules fere omnes in patriam revocarunt, exceptis tamen iis, quibus nominatim legibus prohibitum erat. Exclusi igitur sunt Ghibellinorum magna pars, et nonnulli de parte *alba*, inter quos Dante Alighieri et Giani della Bella atque Vieri de'Cerchi filii fuerunt. Neque tamen revocati illi ex exsilio in patria magna auctoritate fruebantur, sed ab iis, qui plurimum in re publica valebant, tanquam inimici considerabantur. [2])

Nihil praeterea omiserunt Florentini, ut impedirent, quo minus in Italiam veniret imperator. Deinde, cum Mediolani iam versaretur, legatis, pecunia et auxilia pollicendo tentarunt, ut, quot possent urbes, contra imperatorem sollicitarent. Quod Cremonae, Brixiae et Parmae satis prospere iis successit. Defecerunt enim oppida illa ab Henrico et post gravissimam demum obsidionem Brixia in potestatem eius rursus redacta est. Legatos simul ad papam, ad cardinales Galliaeque regem miserunt, qui eos tenta-

---

1) Mach. II, pag. 100. Questo fine ebbe messer Corso, dal quale la patria e la parte de' Neri molti beni, e molti mali ricognobbe; e se egli avesse avuto l'animo più quieto, sarebbe più felice la memoria sua. Nondimeno merita di esser numerato intra i rari cittadini che abbia avuto la nostra città.

2) Dino III, 159. «Donati loro molti danari, di quelli che toglievano a' Ghibellini e a' Bianchi. E contuttochè i Bianchi tenessono alcuna vestigia di parte Guelfa, erano da loro trattati come cordiali nemici.»

rent, ut adversus imperatorem agerent. Quo magis se confirmarent, foedus inierunt cum Bononia, Luca, Volterra multisque aliis civitatibus. Cum iam Pisis esset imperator, incerti primum, utrum legatos ad eum mitterent, necne, placuit, non mittendos legatos, cum plus confiderent in argento, quo amicos sibi compararent, quam in pactis cum illo faciendis. Neque tamen in tanto imminente periculo partes in urbe se reconciliarunt. Nonnulli o *nigrorum* factione, potentia et nequitie ante ceteros insignes, omnes magistratus suo arbitrio distribuebant, liberabant et puniebant, sicut ipsis placebat, multaque atrocia facinora committebant. Unde rursus pugnae in urbe ortae et caedes civium.

Florentini, quo melius resistere possent imperatori, principatum rei publicae *(signoria)* Roberto, Neapolis regi, in quinque annos commiserant. Henricus postquam nequaquam urbem obsidione tenuit, cum ab omni parte ab hostibus premeretur, commeatibus intercluderetur et nullam expugnationis spem videret esse, Pisas se recepit. Non multum post, expeditionem cum faceret contra Robertum regem, Buonconventi prope Senam mortuus est. Florentinis ab hoc hoste liberatis gravia bella mox erant sustinenda cum Uguccione della Faggiuola et cum Castruccio Castracani, Ghibellinae partis ducibus, quibus licet in summum discrimen nonnunquam inciderent, tamen a factionum contestationibus in urbe non abstinebant. Tantus autem vigor et acritas civium erat tantoque accensi erant libertatis amore, ut, cum saepe ab exitio urbis non multum viderentur abesse, neque sub eorum, qui bellis eos petebant, neque eorum, qui defensorum specie dominationem affectabant, potestatem venirent. Et verum sane quodammodo erat, quod Henrici legato responderant, nunquam se domino ulli cornua inclinaturos. [1]) Infestum imperatoribus Ghibellinaeque parti

1) Dino III, pag. 163. «che mai per niuno signore i Fiorentini inchinarono le corna.

animum postea quoque servarunt. De quibus, cum a nostra materie aliena sint, verba facere non e re est.

III.

Dantis de imperio quae fuerint sententiae.

Cum Dante Italiam bellis intestinis partiumque discordiis laceratam et civium odiis atque ambitione perturbatam videret, quae quidem mala ipse variis vitae suae casibus adversis maximam partem expertus erat, vehementer spe allectus est, fore, ut exsisteret aliquis, qui pace, summo sua opinione hominum bono, in miserrimam patriam revocata civium animos acerrimis inimicitiis divisos reconciliaret, et legum auctoritate restituta omnes novos tumultus fortiter et strenue comprimeret. Quia autem acerbitatum illarum non minimam causam pontificum ambitionem avaritiamque et deminutam imperii potentiam esse censebat, optimum et unicum vindicem salutis imperatorem, qui pro muneris sanctitate felicitatem gentibus procuraret, fore putavit. Itaque ubique miseram et rei publicae, et ecclesiae conditionem eo maxime effectam esse demonstrare conatur, quod omnium rerum potestas ac dominatus, ex divina voluntate inter imperatorem et papam divisa, nunc penes papam tantum sit. Itaque in *purgatorii* cantu XVI a versu inde 103 dicit:

„Ben puoi veder, che la mala condotta
E la cagion, che 'l mondo ha fatto reo,
E non natura, che 'n voi sia corrotta.
Soleva Roma, che 'l buon mondo feo,
Duo soli aver, che l'una e l'altra strada
Facén vedere, e del mondo, e di Dio.
L'un l'altro ha spento ed è giunta la spada

Col pasturale, e l'uno e l'altro insieme
Per viva forza mal convien che vada:
Pero che giunti, l'un l'altro non teme.
Se non mi credi, pon mente alla spiga:
Ch'ogni erba si conosce per lo seme.
In sul paese, ch'Adice e Pò riga,
Solea valore e cortesia trovarsi,
Prima che Federigo avesse briga:
Or può sicuramente indi passarsi,
Per qualunque lasciasse, per vergogna,
Di ragionar co'buoni, o d'appressarsi.

— — — — — — — —

Dì oggimai, che la chiesa di Roma,
Per confondere in se duo reggimenti,
Cade nel fango, e se brutta e la soma."

Initio praeterea totius fere carminis ita de Roma tanquam de sede utriusque illius imperii, et eius, quod ad rem publicam, et eius, quod ad religionem pertineat, verba facit Dante, ut satis perspiciatur, hanc inter gravissimas, quas tractandas sibi proposuerit quaestiones fuisse. Cum autem doctrinam suam et rationem ea de materie oratione continente in libris de monarchia exposuerit, quo commodius eius opiniones explicentur, de hac primum commentatione disserendum, et, quam ipse auctor nobis indicavit, via ad illustrandas eius opiniones videtur ingredienda. Tam acriter autem in monarchia sua imperatorum iura defendit Dante, ut cum Ludovicus Bavarus imperator esset, cardinalis quidam, legatus apostolicus, censurae ecclesiasticae poena vetaret, ne hic tractatus legeretur ab ullo, et adeo procederet, ut poetae ossa cremasset, nisi, quo minus id fieret, viri nobiles Pino della Tosa et Ostagio da Polenta prohibuissent. Sed audiamus iam Dantem de monarchia disserentem, adhibitis simul e convivio et e comoedia iis, quae ad confirmandas eius opiniones e re esse videntur. Et primum quidem videamus, qualem finxerit monarchiam.

Est autem secundum eius definitionem monarchia sive imperium ea rei publicae forma, ubi unus omnium terrae gentium principatum tenet.[1])

In tribus praecipue quaestionibus commentatio versatur. Declarare enim conatur Dante,

1) monarchia opus esse ad vitam hominum recte instituendam.

2) iure penes Romanum populum esse imperatoris dignitatem.

3) a deo imperatorem accepisse potestatem suam, non a ministro aliquo eius sive vicario.[2])

Quarum quaestionum tertia cum sit gravissima, tamen priores illae negligendae non videntur, cum plurimum valeant ad divinam comoediam totamque hisce de rebus Dantis doctrinam perspiciendam.

Subtiliter autem magis, quam dilucide, hoc fere modo Dante disserit.

Genus humanum, cum intelligendi cogitandique facultate homo a ceteris animalibus distinguatur, id potissimum spectare debet, ut, quantum possit intelligere, cogitando intelligat, et cum, quae recta essent, cognoverit, secundum ea agat. Iam sicut singuli homines, nulla re perturbati, sapientia et consilio plurimum possunt perficere, sic totum genus humanum, pace cum fruatur, optime muneri suo fere divino satisfacere potest. Quare pax universa summum hominum est bonum.

---

1) De monarchia I, pag. 12. ed. Venez. »quae communiori vocabulo nuncupatur imperium.« I, pag. 6. «Est ergo temporalis monarchia, quam dicunt imperium unius principatus, et super omnes in tempore, vel in iis et super iis, quae temporaliter mensurantur.» Convito pag. 198. conviene di necessità essere monarchia, cioè un solo principato, e uno principe avere.»

2) De monarchia I, pag. 7. «Primo namque dubitatur et quaeritur, an ad bene esse mundi necessaria sit. Secundo, an Romanus populus de iure monarchae officium sibi asciverit. Et tertio, an authoritas monarchae dependeat a deo immediate, vel ab alio dei ministro seu vicario.»

1) Aristoteles, vir summa secundum Dantis opinionem auctoritate, et ab eo κατ' ἐξοχὴν philosophus dictus, in politia dicit, si plura ad eundem finem agant, unum quoddam debere esse, quo regantur. Quod quidem, pergit Dante, perspici licet, si intuemur singulos homines, quorum vires animo reguntur sive consilio *(vi intellectuali)*, deinde, si consideramus domum, cuius gubernator paterfamilias esse debet. Neque praeterea vicus, neque urbs stare potest, nisi praeest aliquis, qui eam moderetur. Idem videmus esse in civitate, quae pereat necesse est, nisi ab uno regatur; omne enim regnum in se ipsum divisum desolabitur. Cum autem totum genus humanum eundem appetat finem ad eumque agat, ut supra demonstratum est, idem ab uno regatur necesse est. Unde liquet, monarchia opus esse, ut homines felices vivant.

2) Accedit, quod deus homines sui quam maxime similes esse vult, quod optime efficitur, si genus humanum quam maxime est unum. Ad id vero facillime pervenire potest, si, quod per se satis patet, sub unius principis imperio est. Cum igitur ea ratione homines dei voluntati respondeant, fieri non potest, quin optima vitae conditione utantur.[1]) Praeterea, sicut corporum coelestium systema, quod perfectissimum est, ab uno tantum, nempe a deo tanquam a motore temperatur, ita orbis quoque terrarum resque humanae secundum eius exemplum optime ab uno principe temperantur. Deinde, cum dissensiones contentionesque exsistere possint inter singulos principes, esse aliquis debet, qui tanquam iudex de controversiis decidat, cuiusque iurisdictio latius, quam illorum, pateat. Qui si monarcha non est, fieri non potest, quin accidat, ut contentiones inter eum rursus et alios, quibus eadem est potestas

1) De mon. 16. «Itaque humanum genus uni principi maxime deo assimilatur et per consequens, maxime est secundum divinam intentionem, quod est bene et optime se habere; ut in principio huius capituli probatum est.»

atque auctoritas, oriantur. Itaque discordiarum finis esse non potest, nisi ab uno, cuius foro omnes addicti sunt, controversiae dirimuntur. Quare monarchia mundo necessaria est.

3) Iustitia a nemine melius coli et conservari potest, quam ab imperatore. Ab eo enim causae, quibus, ut iniuste aliquis agat, efficitur, maxime absunt. Nam primum quidem cupiditas iudicis mentem aciemque animi ita saepe perstringit, ut, quod sit aequum, vel videre non possit, vel non velit. Cupiditas autem omnis ab imperatore remota est, cum nihil omnino sit, quod desiderare possit, quia omnia possidet.[1])

Ea praeterea de causa nemo melius imperatore iustitiam tueri potest, quia potentissimus omnium est, ita ut in potestate eius sit, cuique tribuere, quod par est.[2])

4) Felicissima hominns utuntur conditione, si sunt liberi. Liber autem is non est, qui non sui ipsius, sed alterius cuiusquam causa vivit. Ea autem sola est rei publicae forma, in qua homines ipsorum, non alius causa vivunt, quae ab imperatore regitur. Reges enim, aristocratiae, democratiae, tyrannides, omnes denique ceterae civitatis formae in servitutem homines redigunt, in iisque accidit, ut bonus homo malus civis sit.

---

1) Mon. 19, «Sed monarcha non habet, quod possit optare: sua namque iurisdictio terminatur oceano solum; quod non contigit principibus aliis, quorum principatus ad alios terminantur: ut puta regis Castellae, ad illum qui regis Aragonum. Ex eo sequitur, quod monarcha sincerrimum inter mortales iustitiae possit esse subiectum.» Eadem prorsus sententia est in conviv. pag. 198: «il quale (sc. principe) tutto possedendo, e più desiderare non possendo, li re tenga contenti nelli termini delli regni, sicchè pace intra loro sia.» Similiter in epistola, quam scripsit ad principes populosque Italiae.

2) Mon. pag. 21. «Quod autem monarcha potissime se habeat ad operationem iustitiae, quis dubitat? nisi qui vocem hanc non intelligit, cum si monarcha est, hostes habere non possit.

Hanc sententiam Dantis quam maxime ex eius temporis contemplatione profectam esse, quis est qui non videat?

5) Cum supervacua omnia deo naturaeque displiceant, melius est, ea, quae ab uno perfici possunt, ab uno perfici, quam a pluribus. Ab uno igitur supremo principe orbem terrarum regi optimum est, neque tamen ita, ut minimae quaeque res ab eo proficiciscantur. Singulis enim gentibus atque civitatibus pro variis hominum moribus diversoque terrarum situ opus est diversis legibus institutisque. Sed ea, quae omnibus hominibus communia sunt, ab imperatore sunt administranda, ita ut ceteri principes leges illas ab eo accipiant eiusque auctoritate rei publicae praesint.[1])

6) Unum principem esse oportet, cuius voluntas dominetur et regat ceterorum hominum voluntates, ut concordes ad unum finem agant. In concordia enim consistit bonum, sicut in varietate malum.

Haec fere sunt, quibus satis probari arbitratur Dante, monarchiam necessariam esse. Addit praeterea argumentis illis ratione suggestis aliud quoddam ab experientia deductum. Omnium enim temporum felicissimum id fuisse dicit, quo perfecta fuisset monarchia, id est sub Augusto. Tum enim quam maxime orbem terrarum pace et quiete fruitum esse.[2])

---

1) Convito, pag. 198.

2) Convito pag. 202. «Nè 'l mondo non fu mai, nè sarà sì perfettamente disposto, come allora, che alla boce d'un solo principe del Roman popolo, e comandatore fu ordinato, siccome testimonia Luca Evangelista. E però pace universale era per tutto, che mai più non fu, nè fia: la nave della umana compagnia dirittamente per dolce cammino a debito porto correa.»

Parad. VI, vers. 79.

Con costui (sc. Augusto) corse insino al lito rubro:
Con costui pose 'l mondo in tanta pace,
Che fu serrato a Giano il suo delubro.»

Pergit iam Dante ad alterum illud, iure imperium penes populum Romanum esse, quam quidem opinionem eius modi argumentis docere conatur, ut haud sciam, an vel suo tempore paucissimis tantum id persuaserit. Et haec sane infirmissima totius commentationis pars est multaque insunt talia, ut, qui vel maxime Dantem admiratur, facere non possit, quin subrideat. Nihilominus summi momenti est, animum ad ea, quae hoc de loco sentit, applicare, quia etiam atque etiam argumenta illa premit et comoedia aliique eius libri eorum pleni sunt. Et in eo quidem sine ratione disserere non videtur sibique quam maxime constare, quod, quibus argumentis pontifices auctoritatem suam confirmare studebant, iisdem fere imperii iura defendere conatur. Dicit enim, sicut per totum orbem terrarum ea, quae ad religionem pertineant, ab uno, nempe a papa regantur, ita ab altera parte iis, quae ad rem publicam pertineant, unum imperatorem praeesse debere.

Iam sicut Roma, deo auctore, in sacrorum institutis omnibus gentibus imperet, ita eandem urbem divina voluntate imperatoris sedem destinatam esse. Hanc autem fere rationem in iis explicandis sequitur Dante.

Levius intuenti res Romanas videri posse dicit, non iure, sed vi atque armis Romanos imperium orbis terrarum assecutos esse. Qui autem accuratius rem consideret, facillime intellecturum eum esse, secundum dei voluntatem id evenisse. Non enim regnandi, vel conquerendi cupiditate ductos, Romanos, sanctissimum illum iustissimumque populum et in omni virtutis genere excellentissimum imperio potitos esse, sed ut feliciores redderent gentes pacemque et salutem generi humano procurarent [1]).

---

1) De Mon. II, 42. «Quod autem Romanus populus bonum praefatum intenderit, subiiciendo sibi orbem terrarum, gesta sua declarant: in quibus omni cupiditate remota, quae rei publicae semper aversa est: et universali pace dilecta, populus ille sanctus, pius et gloriosus, propria commoda neglexisse videtur, ut

Ostendi autem illud dicit non humanae tantum rationis argumentis, verum etiam divina quadam auctoritate. Hoc autem fere modo disserit Dante neque dubitat, quin nebulas ignorantiae iis, quae ad demonstrandam opinionem affert, de oculis hominum detracturus sit [1]). Liceat mihi summam argumentorum ipsius Dantis verbis referre.

1) Quidquid divinae voluntati est consonum, ius ipsum est. Quapropter quaerere utrum de iure factum sit aliquid, licet alia verba sint, nihil tamen aliud quaeritur, quam utrum factum sit secundum quod deus vult. Hoc ergo supponetur, quod illud quod deus in hominum societate vult, illud pro vero atque sincero iure habendum sit. (II, pag. 34.)

2) Nobilissimo populo convenit, omnibus aliis praeferri: Romanus populus fuit nobilissimus: ergo convenit ei, aliis omnibus praeferri. (II, 35.)

Quod quidem ita demonstrat Dante, ut dicat, nobilitas cum vel maiorum, vel propria virtute impetretur, Romanos certe omnium nobilissimos esse, quippe qui ab Aenea, viro praeclaris virtutibus atque genere nobilissimo, tanquam a parente suo originem ducant. Iis itaque ad evidentiam subassumptui praenotatis, pergit in argumentatione Dante, cui non satis persuasum est, Romani populi patrem, et per consequens ipsum populum, nobilissimum fuisse sub coelo? Aut quem in illo duplici concursu sanguinis a qualibet mundi parte in unum virum, praedestinatio divina latebit?

Quare etiam poeta in comoediae secundo cantu, cum in eo sit, ut Virgilio duce ad inferos descendat, ita de Aenea loquitur:

---

publica pro salute humani generis procuraret. Unde rectum illud scriptum est; Romanum imperium de fonte nascitur pietatis.»

1) De mon. II, 33. «Nam per hoc quod Romanum imperium de iure fuisse demonstrabitur, non solum ab oculis principum, qui gubernacula publica sibi usurpant, hoc ipsum (i. e. armorum vi imperium assecutum esse) de Romano populo mendaciter existimantes, ignorantiae nebula eluetur: sed mortales omnes esse se liberos a iugo sic usurpantium recognoscent.»

„Tu dici, che di Silvio lo parente,
Corruttibile ancor, ad immortale
Secolò andò, e fu sensibilmente.
Però, se l'avversario d'ogni male
Cortese fu, pensando l'alto effetto:
Ch' uscir dovea di lui, e 'l chi e 'l quale;
Non pare indegno ad uomo d'intelletto:
Ch 'ei fu dell' alma Roma e di suo impero
Nell' empireo ciel per padre eletto:
La quale, e 'l quale (a voler dir lo vero)
Fur stabiliti per lo loco santo,
U 'siede il successor del maggior Piero.“

In Paradisi praeterea cantu XV, vers. 28 facit Anchisem sic compellantem filium:

„O sanguis meus, o superinfusa
Gratia dei: sicut tibi cui
Bis unquam caeli ianua reclusa?“

2) pag. 39. Illud quoque, quod ad sui perfectionem miraculorum suffragio iuvatur, est a deo volitum: et per consequens de iure fit.

Inter prodigia autem affert Dante ancile quoddam Numa regnante de coelo in urbem delapsum, anseres illas capitolii, et Cloeliae fugam.

3) pag. 41. Quicunque bonum rei publicae intendit, finem iuris intendit. Si ergo Romani bonum rei publicae intenderunt, verum erit dicere, finem iuris intendisse.

Ad quae confirmanda, tanquam exempla multas res a civibus Romanis praeclare gestas affert, de quibus ita disserit: Numquid non bonum commune intendisse dicendi sunt, qui sudore, qui paupertate, qui exsilio, qui filiorum orbatione, qui amissione membrorum, qui denique animarum oblatione bonum publicum augere conati sunt?

Commemorat autem Camillum, Cincinnatum, Fabricium, Brutum illum veterem, Mucium Scaevolam, Decios, Catonem, Ciceronem, quos omnes singulari quadam divina providen-

tia tantis virtutibus imbutos fuisse putat.[1]) Satis praeterea manifestum esse dicit, dei consilio accidisse, ut singuli Romanorum reges, moribus diversissimi, iis quisque virtutibus praediti fuissent, quae rei publicae maxime expediverint, (conv. 202) ita ut de certa divina auctoritate nemo possit dubitare. Itaque hisce de rebus in sexto Parad. cantu V. 31 sic Iustinianus:

„Perchè tu veggi con quanta ragione
Si muova contra 'l sacrosanto segno, (signum sc. aquilae)
E chi 'l s'appropria e chi a lui s'oppone.
Vedi quanta virtù l' ha fatto degno
Di reverenza, e cominciò dall 'ora,
Che Pallante morì, per darli regno.“

Mirum quoque illum esse concursum eventuum, ut eodem, quo David, a quo originem duxerit Jesus Christus, regnaverit tempore, Aeneas post Troiam deletam in Italiam venerit Romanaeque rei publicae prima posuerit fundamenta, utque Augustus, primus Romanorum imperator, aequalis fuerit Christi. Quod quidem argumentum tam planum Danti videtur, ut eos, qui contra pugnent, acerbissimis conviciis increpitet[2])

Tanta autem Dantis erga Romam urbem est pietas, ut dicere non dubitet:

„E certo son di ferma opinione, che le pietre che nelle mure sue stanno, siano degne di riverenza: e 'l suolo, dov' ella siede, sia degno oltre quello che per li uomini è predicato e provato.“

1) Convito pag. 202.

2) Convito 201. «O ineffabile, e incomprensibile sapienzia di Dio, che a un' ora per la tua venuta in Siria suso, e qua in Italia tanto dinanzi ti preparasti. Ed o istoltissime e vilissime bestiuole, che a guisa d' uomo vi pascete, che prosumete contro a nostra Fede parlare; e volete sapere filando e zappando ciò ch' è Iddio, che tanta prudenza ha ordinata! Maladetti siate voi, e la vostra presunzione, e chi a voi crede.»

Convito 203. «Perchè più credere non si dee a videre, che spezial nascimento, e spezial processo da Dio pensato e ordinato fosse quello della santa Città.»

Quis est, qui non ignoscat Danti, quod maiorum gloriae memoria summoque patriae amore ductus in his, quae de Romano populo et de urbe Roma disseruit, modum excesserit et in errores lapsus sit? Licet enim consentire ei non possimus, tamen accidit, ut iis ipsis, in quibus errat, augeat etiam sui admirationem.

4) II, pag. 45. Declaranda igitur duo sunt: quorum unum est, quod quicunque bonum rei publicae intendit, finem iuris intendit: aliud est, quod Romanus populus subiiciendo sibi orbem, bonum publicum intendit. Nunc arguatur ad propositum sic. Quicunque finem iuris intendit, cum iure graditur: Romanus populus subiiciendo sibi orbem, cum iure hoc fecit: et per consequens, de iure sibi adscivit Imperii dignitatem.

5) Pag. 47. Et illud quod natura ordinavit, de iure servatur. Pag. 48. Romanus populus ad imperandum ordinatus fuit a natura.

Videmus, quod non solum singulares homines, quin etiam populi, apti nati sunt ad principari, quidam ad subiici, atque ministrare: et talibus, Aristotele auctore, non solum regi est expediens, sed et iustum, etiamsi ad hoc cogantur. Quae si ita se habent, non dubium est, quin natura locum et gentem disposuerit in mundo, ad universaliter principandum. Quis autem fuerit locus et quae gens, satis est manifestum, quod fuerit Roma, et cives eius sive populus. Quare Virgilius:

„Tu regere imperio populos Romane memento,
Hae tibi erunt artes, pacique imponere morem,
Parcere subiectis et debellare superbos.“

Similiter alios quosdam Virgilii versus de Roma tanquam de loco imperii laudat [1]).

---

1) Totam hanc argumentationem sententiamque quam maxime subdolam et homine libero proboque omnino indignam esse, quis est, qui non videat? Nonne intellexit Dante, omnem hoc modo

Propterea satis persuasum est, quod populus Romanus natura ordinatus fuit ad imperandum. Ergo Romanus populus subiiciendo sibi orbem de iure ad imperium venit.

6) Pag. 52. Ille populus, qui cunctis athletizantibus pro imperio mundi praevaluit, de divino iudicio praevaluit.

7) Si sub ordinario iudice Christus passus non fuisset, illa poena punitio non fuisset.[1]) Et iudex ordinarius esse non poterat, nisi super totum humanum genus iurisdictionem habens, cum totum humanum genus in carne illa Christi portantis dolores nostros vel sustinentis puniretur. Et supra totum humanum genus Tiberius Caesar, cuius vicarius erat Pilatus, iurisdictionem non habuisset, nisi Romanum imperium de iure fuisset. Desinant igitur imperium exprobrare Romanum, qui se filios ecclesiae fingunt: cum videant sponsum Christum illud sic comprobasse.

Haec fere sunt, quibus iure et divinitus imperium Romanos assecutos esse Dante conatur probare, cumque in hac praecipue pertractationis parte, quod idem in comoedia facit, Virgilii testimoniis tanquam gravissima auctoritate utatur, non alienum a re mihi videtur, de ratione, qua poetam illum in divinum suum carmen induxerit, pauca verba facere.

Iam primum quidem, quid magis secundum naturam est, quam ut Dante poeta Virgilium, quem omnium poetarum maxime admirabatur, exemplum et doctorem suum, in itinere poetico per tria illa mundi regna ducem elegerit? Summum autem studium in eo collocasse Dantem et praestantissimum eum censuisse vatem maximasque pro iis,

---

iustitiam deleri, vim, superbiam, licentiam, tyrannidem defendi? Ius enim prorsus idem ac vim esse ea ratione declaratur.»

1) Sic enim Dante de poena: «Sciendum, quod punitio non est simpliciter poena inflicta iniuriam inferentis: sed poena inflicta iniuriam inferenti, ab habente iuris dictionem puniendi: unde, nisi ab ordinario iudice poena inflicta sit, punitio non est, sed potius iniuria est dicenda.»

quae ex eius carminibus hausit, ei habuisse gratias, cum ex pio gratoque animo, quo per totum carmen eum prosequitur, tum e singulis testimoniis satis apparet. Principem poetarum eum appellat in Parad. cant. 15, vers. 26.

„Se fede merta nostra maggior musa."

In Inf. cant. IV, 80. hisce verbis eum alloquuntur praestantissimi poetae.

„Onorate l'altissimo poeta."

In primo praeterea Inf. cantu ostendit Dante, quantum valuerit ad excolendam suam poesin Virgilii studium, cui diligentissime se dederit.

„Oh! se 'tu quel Virgilio, e quella fonte,
Che spande di parlar sì largo fiume?
Risposi lui con vergognosa fronte:
Oh degli altri poeti onore e lume,
Vagliami 'l lungo studio, e 'l grande amore,
Che m'han fatto cercar lo tuo volume.
Tu se 'solo colui, da cu 'io tolsi
Lo bello stile, che m'ha fatto onore."

In purg. cant. VII Sordello ita Virgilium compellat:

„O gloria de' Latin, disse, per cui
Mostrò ciò, che potea la lingua nostra;
O pregio eterno del luogo, ond' i'fui."

Inferna praeterea novit, cum Aeneam illuc descensum cantaverit. Accedit, quod Virgilius carmine suo imperium Romanum celebravit, et ipsa quidem Augusti, primi imperatoris, aetate, de quo tempore ipse dicit:

„Iam redit et virgo, redeunt Saturnia regna."

Non solum igitur tanquam summum poetam, sed etiam tanquam eum, qui Romani imperii Augustique et Aeneae, Romae conditoris gloriam carminibus celebraverit, ducem eum elegit Dante.

Itaque Virgilius ipse de se: Inf. I, 70:

„Nacqui sub Julio, ancor che fosse tardi,
E vissi a Roma sotto 'l buono Augusto,

Al tempo degli Dei falsi e bugiardi.
Poeta fui, e cantai di quel giusto
Figliuol d'Anchise, che venne da Troja;
Poichè 'l superbo Ilion fu combusto."

Eadem de causa semper fere in hoc ipso de monarchia libro, si de Virgilio verba facit Dante, dicit, poeta noster, id est, poeta ille, qui hac in materie gravissimus nobis est auctor.

Praeterea autem Virgilius in comoedia humanae sapientiae partem agit, sicut divinae, sive theologiae, Beatrix. Neque mihi tam mirum id videtur, quam multis aliis. Licet enim philosophus non fuerit Virgilius, neque Dante eum consideret tanquam philosophum, tamen, cum semper ea veneratione atque pietate eum prosequatur, qua discipulus praeceptorem, nullo modo offendere potest, quod maiorem, quam sibi, rerum cognitionem atque peritiam illi tribuit, et, si in dubio versatur, ab illo petit consilium.

Ut iam supra demonstravimus, perfectam primum imperii formam sub Augusto fuisse Dantis sententia est. Primum vero principem summum Iulium Caesarem dicit, quod patet e convivio, ubi haec sunt, pag. 202: „da Bruto primo Consolo, insino a Cesare primo principe sommo." Idem apparet e versu illo supra commemorato:

„Nacqui sub Julio, ancor che fosse tardi."

In illo inferni cantu, ubi ad homines virtute excellentes, qui ante Christum natum vixerunt, Dante venit, Caesarem videt sedentem cum aliis, qui ad imperium Romanum plurimum valuerunt.

Inf. IV, vers. 121.

„I 'vidi Elettra con molti compagni,
Trai 'quai connobbi ed Ettore ed Enea,
Cesare armato con gli occhi grifagni."

Contra ius autem principatum eum sibi non vindicasse, sed Romae voluntati obsequentem, dicit Parad. VI, vers.

55, significans simul, tempus si respiciatur, divinam illam providentiam:

Poi presso al tempo, che tutto 'l ciel volle
Ridur lo mondo a suo modo sereno,
Cesare per voler di Roma il tolle.

Brutum et Cassium, tanquam qui occiso Caesare atrocissimum contra imperii generisque humani salutem commiserint facinus, in infimis Tartari regionibus simul cum Juda Ischariote posuit. (Inf. 34, 64.)

At Cato Uticensis, qui, ut eiusdem Caesaris dominationem effugeret, mortem ipse sibi conscivit, non modo non cum

„Bruto e Cassio nello 'nferno latra,"

sed in aditu purgatorii tanquam custos positus est. Quis est, quem id non offendat? Etenim, ut id iure factum esse concedamus, quod non eadem, qua ceteri, qui vim vitae suae attulerunt, poena affectus sit, quippe qui non ignavia, neque taedio aliquo ductus, sed summo libertatis amore, e vita abscesserit, tamen, cum eius, qui libertatem salutemque rei publicae procuraturus erat, imperium ferre nollet, a Dante condemnandus erat. Summis vero iste laudibus ubique eum effert. Nam in hoc ipso de monarchia libro ita de eo disserit:

„Accedit et illud inenarrabile sacrificium severissimi libertatis tutoris Marci Catonis, qui, ut mundo libertatis amores accenderet, quanti libertas esset ostendit, dum e vita liber decedere maluit, quam sine libertate remanere in illa."

In conv. praeterea pag. 203: „O sacratissimo petto di Catone, chi presumerà di te parlare? Certo maggiormente di te parlare non si può, che tacere."

Et in eodem opere pag. 275: „Catone: nel nome di cui è bello terminare ciò che delli segni della nobiltà ragionare si convegna; perochè in lui essa nobiltà tutti gli dimostra per tutte etadi."

Ibidem pag. 265: „Quello glorioso Catone."

In tanta insignis virtutis admiratione tamen incredibile fere est, quomodo fieri potuit, ut Dante in eam cogitationem non inciderit, Catonem Caesari ideoque eundem generi humano inimicum fuisse, praesertim cum in monarchiae loco supra commemorato laudet Ciceronis verba haec: „Catoni vero dum incredibilem natura tribuisset gravitatem, eamque perpetua constantia roborasset, semperque in proposito susceptoque consilio permansisset, moriendum ei potius, quam tyranni vultus aspiciendus erat.“

Tyrannus igitur cum hic Caesar dicatur, intelligi vix potest, quo modo Dantem fugerit, immerito Catonem a Cicerone laudari. Quare in eo, quod purgatorii limini Catonem praeposuit vigilem, mihi quidem Dante excusari posse non videtur, et hoc unicum est exemplum, nisi quae forte me fugiunt, ubi sibi non constat et contra ipsius doctrinam pugnat.[1])

Progediamur iam ad tertium monarchiae librum, ubi quaeritur, utrum imperatoris potestas auctoritati papae subiecta sit, an a deo tantum pendeat. Gravissimo hoc loco pertractando magnam se concitaturum sibi esse invidiam Dante ipse intellexit, eorum praecipue, quorum errores demonstrare tentaret, id est ecclesiasticorum eorumque defensorum.[2]) Quia autem Dante non solum his ipsis, de quibus agimus, scriptis, sed etiam iam antea in suspicionem haeresis venit,[3]) septem praeterea psalmos poenitentiales in vulgarem sermonem vertisse dicitur, ad removendam suspicionem ab inquisitore aliquo excitatam, alienas esse opiniones eius a vera religionis doctrina, cumque sint, qui Dantis sententiis principia eorum, quae duobus saeculis post ecclesiae conditionem commutarunt, inesse censeant, breviter ea, quae de papae dignitate senserit, exponere, e re videtur esse.

---

1) In eodem offendit Ruth: Geschichte der italienischen Poesie, pag. 478.
2) III, 65. «Cuius quidem veritas, quia sine rubore aliquorum emergere nequit, forsitan alicuius indignationis causa in me erit.»
3) Inf. 19, 19.

Iam primum quidem dignitatem papalem in summo honore habet, et sanctissimam atque a deo institutam eam arbitratur. Quod ex multis testimoniis colligi licet, quorum nonnulla afferam.

De monarchia III, 67. „Summus namque Pontifex, Domini nostri Iesu Christi vicarius et Petri successor, cui non quidquid Christo, sed quidquid Petro debemus," etc.

III, 65. „Quaeritur, utrum authoritas Monarchae Romani immediate a Deo dependeat: an ab aliquo Dei vicario vel ministro, quem Petri successorem intelligo, qui vere est claviger regni coelorum."

Inf. II, 22.

„La quale, e 'l quale (i. e. Roma et imperium Romanum)
— a voler dir lo vero —
Fur stabiliti per lo loco santo,
U' siede il successor del maggior Piero."

Quam maxime autem, quanta in aestimatione habeat dignitatem papalem, ostendit, quod Bonifacium VIII, quem detestatur et sacro munere prorsus indignum existimat, Philippi regis iussu a Guilelmo de Nogaret et Sciarra Colonna Alagnae captum atque contumeliose tractatum esse nefandum facinus arbitratur, ita ut summa ira inflammatus dicat in Purg. 20, 85:

„Perchè men paja il mal futuro e 'l fatto,
Veggio in Alagna entrar lo fiordaliso,
E nel vicario suo Christo esser catto.
Veggiolo un' altra volta esser deriso.
Veggio rinovellar l'aceto e 'l fele,
E tra vivi ladroni essere anciso,
Veggio 'l nuovo Pilato sì crudele,
Che ciò nol sazia, ma senza decreto
Porta nel tempio le cupide vele."

Praeterea his versibus optime demonstratur, Dantem sine studio et ira scripsisse. Nemo enim fortasse omnium

fuit, quem in maiore odio habuerit, quam Bonifacium; adeo principem novorum Pharisaeorum eum dicit.

Certamen igitur cum iis, qui falso quodam ecclesiae studio ducti imperii auctoritatem imminuere conentur, se non petulanter insolenterve ingredi velle dicit, sed ea, qua par sit, pietate erga ecclesiam illesque, qui ei praesint. Sed in hac eorum, qui sacris religionis officiis funguntur, reverentia, minime tamen eorum errores atque vitia increpare dubitat, imo acerbissime reprehendit, maxime autem et saepissime avaritiam. Eam enim potissimam causam esse dicit malae ecclesiae conditionis. Quare laudat sanctum Franciscum et Dominicum, qui pauperes esse, quam animo ad pecuniam resque a religione alienas applicato Christi praeceptis adversari maluerint. Non enim religionis nostrae conditorem discipulos, ut aurum argentumque colligerent, sed potius, ut ab illis abstinerent, admonuisse. Itaque in Inf. cant. 19, 90. Nicolaum III, propter simoniae peccatum inferni suppliciis affectum ita alloquitur:

„Deh or mi dì, quanto tesoro volle
Nostro Signore in prima da San Pietro
Ch 'ei ponesse le chiavi in sua balia?
Certo non chiese, se non: Vienmi dietro.
Nè Pier, nè gli altri chiesero a Mattia
Oro o argento, quando fu sortito
Nel luogo, che perdè l'anima ria.
Però ti stà, che tu se' ben punito,
E guarda ben la mal tolta moneta,
Ch'esser ti fece contra Carlo ardito:
E se non fosse, ch'ancor lo mi vieta
La riverenza delle somme chiavi,
Che tu tenesti nella vita lieta,
J 'userei parole ancor giù gravi;
Che la vostra avarizia il mondo attrista,
Calcando i buoni, e sollevando i pravi.
Di voi, pastor, s'accorse il Vangelista,

Quando colei, che siede sovra l'acque,
Putaneggiar co 'regi a lui fu vista:
Quella, che con le sette teste nacque,
E dalle diece corna ebbe argomento,
Fin che virtute al suo marito piacque.
Fatto v'avete Dio d'oro e d'argento:
E che altro è da voi all' idolatre,
Se non ch'egli uno, e voi n'orate cento?
Ahi Constantin, di quanto mal fu matre,
Non la tua conversion, ma quella dote,
Che da te prese il primo ricco patre!"

Et in initio eiusdem cantus:

„O Simon mago, o miseri seguaci,
Che le cose di Dio, che di bontate
Deono essere spose, voi rapaci,
Per oro e per argento adulterate."

Conferantur praeterea *Purg.* XVI, 93, *Parad.* XVIII, 130, Parad. XXI, 127, Parad. XXII, 76.

Propter hanc avaritiam lupae comparat curiam Romanam et ecclesiaticos lupis. Multis praeterea aliis locis in pontificum clerique pravos mores invehitur, quod sacris religionis officiis non intenti res a munere alienas petant. Ex hoc eodem avaritiae fonte illud quoque nasci dicit, quod neglecto vel deformato evangelio a vera doctrina aberrent, et novis decretalibus in suum commodum inventis aut conversis omni studio innixi falsas opiniones profiteantur. Quocirca Folco poeta ait in Par. cant. 9, v. 127:

„La tua città (Florentia), che di colui è pianta,
Che pria volse le spalle al suo fattore,
E di cui è la 'nvidia tanto pianta,
Produce e spande il maladetto fiore,
Ch 'ha disviate le pecore e gli agni,
Però che fatto ha lupo del pastore.
Per questo l'Evangelio e i Dottor magni
Son derelitti, e solo ai Decretali

Si studia sì, che pare a 'lor vivagni.
A questo intende 'l Papa e i Cardinali:
Non vanno i lor pensieri a Nazarette,
La dove Gabriello aperse l'ali.
Ma Vaticano e l'altre parti elette
Di Roma, che son state cimitero
Alla milizia, che Pietro seguette,
Tosto libere fien dell' adultero."

De iisdem doctrinae erroribus et de sacerdotibus omnis gravitatis expertibus Beatrix ita in *Par.* cant. 29, v. 85:

Voi non andate giù per un sentiero,
Filosofando; tanto vi trasporta
L'amor dell 'apparenza, e 'l suo pensiero.
E ancor questo quà sù si comporta
Con men disdegno, che quando è posposta
La divina scrittura, e quando è torta.

— — — — — — — —

Per apparer ciascun s'ingegna, e face
Sue invenzioni, e quelle son trascorse
Da 'predicanti, e 'l Vangelio si tace.

— — — — — — — —

Ora si va con motti e con iscede
A predicare e pur che ben si rida,
Gonfia 'lcapuccio, e più non si richiede.
Ma tale uccel nel becchetto s'annida,
Che se 'l vulgo il vedesse, vederebbe
La perdonanza, di che si confida:
Per cui tanta stoltezza in terra crebbe,
Che sanza pruova d'alcun testimonio,
Ad ogni promession si converrebbe."

Papam autem in iis, quae ad doctrinam religionis pertineant, errare posse Dante ostendit, cum Anastasium in ea inferni regione, ubi haeretici puniuntur, posuerit. Verum quidem haec hactenus.

Videamus nunc de eorum opinionibus, qui imperatoris

auctoritatem a papali pendere censent, et de argumentis, quibus refutare eos conatur Dante. Iam primum quidem ecclesiae defensores e vetere testamento multa petunt, quae typice (venia sit verbo) et vaticiniorum instar dicta putant de ratione, quae inter ecclesiam et imperatorem intercedat, e quibus unum illud tantum commemorabo, duo lumina a deo esse creata, unum maius, alterum minus. Itaque sole dicebant significari potestatem papalem, luna autem imperatoriam. Quo quidem simili Gregorius VII usus iam erat, et, qui maxime eius consilia prosequebatur, Innocentius III. Dante contra ostendit, ex loco illo genesis, quae isti velint, minime effici, idque respiciens dicit:

„Soleva Roma, che 'l buon mondo feo,
Duo soli aver, che l'una e l'altra strada
Facen vedere, e del mondo e di Deo."

Cetera argumenta e sacris religionis nostrae libris petita, inania sane et infirma, facillime confutat.

Inter quae haec tantum afferre iuvat, in quibus maxime nitebantur papae, quorum alterum est illud, quod Petro dixerit Christus. „Quodcunque ligaveris in terra, ligatum erit in coelis, et quodcunque solveris in terra, in coelis quoque solutum erit." Inde enim colligebant, a Petri successore solvi posse leges et decreta imperii, cives populosve solvi posse iureiurando principi alicui vel imperatori dato, et quae similia sunt. Gregorius VII, interrogatus ab Hermanno, Mediomatrici episcopo, quo iure reges a dominatu removeret, illa ipsa Christi verba defensionis causa protulit. Sed iam illis temporibus erant, qui contra niterentur, et scriptis argumentationem illam falsam esse demonstrare conarentur, neque laici tantum, verum etiam sacerdotes. Iidem contenderunt, regum vel imperatorum potestatem non minorem, quam paparum esse, cum utraque a deo ipso esset instituta.[1]) Illud quoque duorum gladiorum argumentum,

1) Stenzel, Geschichte der Fränkischen Kaiser. I, pag. 495.

quo Bonifacius praecipue demonstrare conatus erat, non ea solum, quae ad religionem, sed etiam, quae ad rem publicam administrandam pertinerent, pontificis potestati subiecta esse, refutat Dante.

Pergit deinde ad argumenta ex historia petita, quibus innixi totius terrae dominatum sibi vindicabant successores Petri. Opinio Dantis tempore pervulgata erat, Constantinum imperatorem, cum Silvester, Pontifex eo tempore maximus, lepram ei sanasset, Romam, imperii sedem, multasque alias imperii dignitates ecclesiae donasse. Falso id traditum esse nesciebat Dante, sed tamen pugnabat contra ea, quae ecclesiae defensores ex eo efficere tentabant. Dicebant enim, dignitates illas, nisi ab ecclesia, neminem iure recipere potuisse, ita ut, si in aliquem translatae essent, sive imperator is fuerit, sive alius quis, papae beneficiarium (liceat mihi hoc verbo uti) factum illum esse appareret. Dante ab altera parte contendit, neque Constantino, imperii partem cuiquam donare, quia cum imperatoris officio imperii divisio pugnaret, neque ecclesiae recipere donum licuisse. (Monarchia enim secundum Dantis rationem dominatus totius terrae est; diviso igitur imperio imperium ipsum deletur. Imperium autem delere non licet imperatori.) Ecclesiam enim Christi iussu prohiberi, quo minus humanas res administrandas susciperet: nam vetitos eius discipulos fuisse, ne aurum, argumentumve possiderent.

Argumentum deinde ex eo petitum, quod ab Adriano papa Carolus magnus imperii dignitatem recepisset, et quod successores quoque eius nonnisi ab ecclesia creati vel sanciti iure imperatores fuissent, nihil omnino valere dicit. Neque enim usurpationem iuris ius ipsum esse, eodemque modo ecclesiae auctoritatem pendere ab imperatore probari posse, cum nonnunquam ab imperatoribus pontifices in dignitatem restituti et remoti ab illa essent.

Aliud est argumentum illud non ex historia, sed ex ratione petitum, quo ecclesiae defensores omnem in terra

potestatem penes papam esse demonstrare studebant. Dicebant enim, omnia, quae unius essent generis, ad unum quoddam, tanquam ad *modum* reducenda esse. Cum igitur papa et imperator homines essent, neque papa, quippe qui potestatem a deo ipso acceperit, ad alium hominem tanquam ad mensuram reduci posset, nihil aliud relinqui, quam ut imperator reduceretur ad papam tanquam ad regulam et modum. Quam argumentationem inanem prorsus et falsam esse, dialectica ratione subtiliter ostendit Dante. Ceterum eodem fere modo Bonifacius universalem ecclesiae potentiam firmare tentaverat, cum eos, qui imperatores regesque ecclesiae subiectos non esse contenderent, duo statuere principia ideoque ad manichaeorum accedere opinionem diceret.

Facillime praeterea secundum Dantis sententiam Romani imperatoris auctoritatem Romani pontificis auctoritate subiectam non esse, neque ab ea proficisci demonstratur hoc modo.

Causa imperii ecclesia esse non potest, quoniam iam stetit imperium omnemque vim suam exercuit, cum ecclesia ne esset quidem.[1]) Iure autem sancitum illud imperium fuisse, et Christi, et apostolorum exemplis satis declaratur, qui ante imperatoris tribunal sese iudicandos esse ostenderunt. Deinde, si ecclesiae esset, imperatorem muneri praeficere, eam auctoritatem ecclesia aut a deo, aut ab imperatore aliquo, aut omnium hominum consensu acceperit necesse est. A deo autem eam non accepit, neque certa quadam divina lege, neque naturae legibus. Naturae enim leges alio modo non ostenduntur, nisi iis, quae efficit sive producit natura. Ecclesia autem originem non duxit e natura, sed dei iussu dictisque instituta est. Itaque naturae lex hisce in rebus non apparet. Neque etiam divina quadam lege auctoritatem illam accepit. Omnes enim dei leges vetere novo-

1) De Mon. III, 90.

que testamento continentur. Vestigia autem nulla libris illis insunt, e quibus humanarum rerum earum, quae a sacris alienae essent, curam ecclesiae a deo traditam esse elici possit. Imo ea, quae deus Moysi, et quae Christus discipulis praecepit, prorsus contrarium ostendunt.

A se ipsa auctoritatem ecclesia non habet, quoniam dare non potuit, quod non possidebat. Ab imperatore autem aliquo eam non accepisse, iam supra demonstratum est. Omnium denique consensu non adeptam esse potestatem illam, optime apparet, cum non solum Africani omnes, sed etiam maior pars Europam colentium hoc ipsum abhorreat.

Accedit, quod ecclesiae nulla esse potest eius modi auctoritas, quae cum eius natura pugnet. Iam cum ecclesiae pastoribus, imprimis summo eorum, secundum Christi exemplum vita instituenda sit, facillimè intellectu est, a regnorum et rei publicae cura prorsus abstinendum iis esse, quia Christus ipse dictis factisque alienum id a se ostendit.

Satis iam argumentis illis a se demonstratum arbitratur Dante, imperatoris potestatem ab ecclesia non pendere, sed a deo ipso. Adiicit sub finem dissertationis pauca de eo, quo modo differat papae atque imperatoris ratio et conditio. Imperatoris potestatem institutam esse ad hanc vitam bene temperandam hominesque secundum philosophiae praecepta felices in terra reddendos. At papae munus esse, ut homines secundum doctrinam divinitus traditam ad vitam felicitatemque aeternam ducat. Denuo redit Dante ad id, quod omnium maxime imperatori spectandum contendit, ut pro virili parte pacem adiuvet, quo homines remota cupiditate libere feliciterque vivere possint.

Minime cum iis possum consentire, qui in his de monarchia libris Dantem studio probandarum opinionum et furore quodam Ghibellino ductum omnem modum excessisse et in res absurdissimas incidisse arbitrantur, eamque ob causam hoc opus tanto viro indignum putant esse. Sin-

gula quaedam si respiciuntur, verum id esse, negari non potest, de tota commentatione iniustius dictum videtur. Et auctor quidem opusculi illius: *Bericht über Rossetti's Ideen zu einer neuen Erläuterung des Dante und der Dichter seiner Zeit* haec dicit: „Was wir von Dante besitzen, ist in der Zeit geschrieben, als er Ghibelline war. Bei seiner heftigen Gemüthsart trieb er die Grundsätze dieser Parthei bis ins Unglaubliche. In seinem tractatus de monarchia hat er sein politisches Credo niedergelegt, welches zu unterschreiben jetzt auch der strengste Legitimist Anstand nehmen möchte.“ *Bilis Ghibellinae,* quemadmodum Itali dicunt, et exacerbati animi nulla fere vestigia Dantis libro inesse equidem video, imo placidae orationis dialecticae lenitas in tanto defendendorum imperatorum studio nunquam perturbatur ira adversus pontifices Romanos. Odium enim in singulos, cuius plena est comoedia, commentationi illi non intulit, sed summam ubique erga Petri successores reverentiam ostendit et pietatem. Quod quam maxime apparet in fine libri tertii, ubi, postquam auctoritatem imperatoris a papa non pendere demonstravit, haec addit:

„Quae quidem veritas ultimae quaestionis non sic stricte recipienda est, ut Romanus princeps in aliquo Romano pontifici non subiaceat, cum mortalis felicitas quodammodo ad immortalem felicitatem ordinetur. Illa igitur reverentia Caesar utatur ad Petrum, qua primogenitus filius debet uti ad patrem: ut luce paternae gratiae illustratus, virtuosius orbem terrae irradiet.“

Quod sub finem sententiae scriptor ille supra commemoratus dicit, recte ab eo dictum esse, nem est, quin concedat, et insipientis sane esset, Dantis patrocinium hac in re suscipere. Sed dictum illud ad secundam tantum tractatus partem referendum est, quam totius disputationis levissimam esse haud facile quisquam infitiatur.

Bouterweck (Geschichte der Poesie und Beredsamkeit, Band I, pag. 85) quoque iniquius indicat, cum dicat:

„Dante aber glaubte des Guten in diesem Geschmacke noch nicht genug gethan zu haben. Er schrieb nun auch noch in lateinischer Sprache das berüchtigte Buch von der Monarchie, einen politischen Tractat zu Gunsten des Kaisers. Eine spitzfindigere und zugleich crassere Empfehlung einer Universal-Monarchie als der besten Regierungsform findet sich vielleicht nicht in der ganzen Litteratur der Politik.“ Cui sententiae haec opponi possunt. Ea, quam sibi proposuit Dante imaginem monarchiae perfectae atque absolutae, sublimis est, et quae nonnisi a viro summis ingenii virtutibus praedito concipi possit. Dante ipse dicit, se non de monarchia verba facere, qualis sit vel fuerit, sed qualis esse debeat.[1]) Utrum eius modi monarchia re vera in terra institui possit, necne, alia quaestio est. Sed fortasse non minus, quae Dante sensit, revera institui possunt, quam quae alii philosophi de re publica scripserunt, qui non tam severiter increpantur. Contra libertatem praeterea generis humani scribere in animo ei non fuit, cum ab uno imperatore singulorum libertatem optime defendi, reliquis autem omnibus civitatis formis, democraticis, aristocraticis, regnis, etc. varia specie homines in servitutem cogi arbitraretur. Quae quidem sententia iis, quae Dante ipse viderat et expertus erat, etsi non defendi, quodammodo tamen excusari potest. Accedit, ut, si papae auctoritati, quatenus ad res divinas pertineat, omnes homines subiectos esse putas, opinio illa, rerum quoque humanarum principatum penes unum esse debere, absurda videri tibi non possit. Manifeste id expressit Dante in epistola, quam, cum Henricus in eo esset, ut Cremonam iter faceret, Florentinis scripsit. Dicit enim: „Si, tam stulta opinione commoti, novorum Babyloniorum instar a pio imperio desciscere vultis novaque imperia

1) De mon. I, pag. 6. Primum igitur videndum est, quid temporalis monarchia dicatur, typo ut dicam, et secundum intentionem.

condere, ita ut alia sit civitas Florentina, alia Romana; quare non eodem modo invidos oculos ad apostolicam monarchiam adiicere vobis placet, ut, si in coelo duplicanda est luna, duplex quoque sit sol."

Summi momenti hanc argumentationem esse, satis patet, cum plurimum valeat ad confirmandam illam Dantis opinionem, monarchia per totum orbem terrarum opus esse.

IV.

De ea, quae inter Dantem et Ghibellinorum Guelforumque partes intercesserit ratione.

Gente Guelfa ortus adolescentiam Dante Florentiae illis annis transegit, quibus Guelfa pars quam maxime ea in urbe florebat et civitas legibus sapienter contra nobilium licentiam institutis bellisque feliciter gestis valde augebatur. Expeditionibus illo tempore contra Ghibellinos factis interfuit; nam et in memoranda illa ad Campaldinum pugna, et ad Capronam fortiter pugnavit.[1]) Neque tamen ex eo proficiscitur, opiniones eius tum diversas fuisse ab iis, quas in comoedia et in libris de monarchia invenimus. Minime enim Ghibellinos illius temporis tanquam imperii defensores considerari licet, cum et Rudolfus, et, qui eum sequebantur, Germanorum reges, Italiae nullam fere haberent rationem et cum contestatio inter eos pontificesque Romanos non esset. Neque praeterea, si quis cives Florentinus Guelforum nomine contra Ghibellinos pugnabat, factionis alicuius sectator is erat, sed cum Florentia Guelfa auctoritate regeretur, pro patria tantum contra patriae hostes certabat.

---

1) Inf. 21, 94.

Multum abest, ut dicam, iam tum Dantem idem sensisse, quod in scriptis eius est; imo verisimillimum est, multis demum annis post persuasa illa ei fuisse, cum cogitatione et experientia longa ad eas opiniones pervenisset. Fortasse adolescens ne meditatus quidem est de imperii et ecclesiae ratione. Id tantum contendo, nullo modo ostendi posse, Dantem sententiis vitaque inconstantem se praebuisse, nihilque inesse iis, quae ante exsilium gesserit, quod pugnet cum iis, quae post vel scripserit, vel egerit.

Cum inter Cerchos Donatosque urbs divisa esset, Dante, ut boni fere omnes, a Cerchorum parte stetit.[1]) *Prioris* dignitate fungebatur a 15 Junii mensis usque ad 15 Augusti diem anni 1300. Coniurarunt eo tempore, ut supra dictum est, *nigri*, ut Carolum de Valois in urbem vocarent; de qua coniuratione certiores facti *priores* duces conspirationis illius et alterius quoque partis principes in exsilium egerunt. *Machiavelli* iis de rebus ubi disserit, nonnullos eorum, qui Cerchos sectabantur, in exsilium missos esse a *prioribus* dicit, ne alteri parti favere viderentur, mox autem nominibus honestis revocatos, indicans his verbis, opinor, non ab omni partium studio alienos illos se praebuisse. Immerito tamen ea de causa priores reprehenduntur. Licuit enim iis revocare illos, etiamsi verae non essent causae, quas afferebant. Nam redire poterant sine detrimento urbis, quippe qui perturbandae rei publicae auctores non erant. Villani 8, 42 nihil aliud iis de rebus dicit, quam hoc: „Et per levare ogni sospetto, il popolo mandò i caporali dell' altra parte a confini a Serrezana, ma questa parte stette meno a confini, che furono revocati per lo infermo luogo, et tornò malato Guido Cavalcanti, di che morio et di lui fu gran dannaggio, però ch'era huomo vertuoso in molte cose, se non ch'era troppo tenero e stizoso."

Danti autem, quod illos revocaverit, prorsus iniuria

1) Inf. 24, 150.

exprobratur, cum eo tempore non amplius inter prioros esset.[1])

Invidiam vero summam *nigrorum* Bonifaciique in se conflavit, quod Carolum non in urbem recipiendum esse censebat, sed pro virili parte contra nitebatur. Initium hoc et praecipuam casuum suorum adversorum causam fuisse ipse dicit. In fragmento enim epistolae a Dante scriptae, quod Leonardo Bruni affert, haec sunt:

„Tutti li mali, e tutti l'inconvenienti miei dalli infausti comizi del mio Priorato ebbero cagione e principio; del quale Priorato benchè per prudenza io non fussi degno, nientedimeno per fede e per età non ne era indegno; perocchè dieci anni erano già passati dopo la battaglia di Campaldino, nella quale la parte Ghibellina fu quasi al tutto morta e disfatta, dove mi trovai non fanciullo nell' armi, e dove ebbi temenza molta, e nella fine grandissima allegrezza per li vari casi di questa battaglia."

Et sane summo honori gloriaeque id est Danti, patriaeque amoris consiliique documentum clarissimum, quod contra eius, a quo tanta accepit mala res publica Florentina, adventum pugnavit, et iure profecto licuit ei de se praedicare, qualem ille demonstraturus se esset, perspexisse se et praedixisse.

---

1) Leonardo Bruni: *Vita di Dante.* «Questo diede gravezza assai a Dante, e contuttochè esso si scusi, come uomo senza parte, nientedimanco fu riputato che pendesse in Parte Bianca, e che gli dispiacesse il Consiglio tenuto in Santa Trinità di chiamar Carlo di Valois a Firenze, come materia di scandolo e di guai alla Città: e accrebbe l'invidia, perchè quella parte di Cittadini, che fu confinata a Serezzana, subito ritornò a Firenze, e l'altra ch'era confinata a Castello della Pieve, si rimase di fuori. A questo risponde Dante, che quando quelli da Serezzana furono rivocati, esso era fuori dell' ufficio del Priorato, e che a lui non si debba imputare. Più dice, che la ritornata loro fu per l'infirmità e morte di Guido Cavalcanti, il quale ammalò a Serezzana per l'aere cattivo e poco appresso morì.»

Quare in *Parad.* cant. 17, v. 46.

„Qual si partì Ipolito d'Atene
Per la spietata e perfida noverca,
Tal di Fiorenza partir ti conviene.
Questo si vuole, e questo già si cerca (anno 1300)
E tosto verrà fatto a chi ciò pensa (i. e. a Bonifacio.)
Là, dove Christo tutti dì si merca.
La colpa seguirà la parte offensa
In grido, come suol: ma la vendetta
Fia testimonio al ver, che la dispensa."

Et profecto, se, qui iniuriam acceperit, culpae famam secuturam esse, satis expertus est Dante, iis, quae post eius mortem per longum tempus de eo ferebantur, opinionibus.

Non multo post Dante legatus Romam ad Bonifacium missus, probabiliter ne officeret patriae inimicorum consiliis, absens iniusto iudicio duorum annorum exsilio et multa affectus est.[1]) Quo autem securius et cum aliqua saltem iuris specie offendere eum possent, legem fecerant, secundum quam liceret *potestati (podestà)* de *priorum*, qui munere iam abierant, criminibus diiudicare.[2])

Fungebatur autem illo magistratu tum temporis Cante de Gabriellis, homo iniquissimus et qui *nigrorum* sectabatur partem.

Sententia haec est:

„Condemnationes factae, per nobilem et potentem militem, Dom. Cantem de Gabriellis, Potestatem Florentiae MCCCII. XXVII. Januarii, Dom. Palmerium de Altovitis de Sextu Burghi, Dantem Allagherii de Sextu Sancti Petri maioris, Lippum Becchi de Sextu Ultrarni, Orlandinum

1) Arrivabene: Secolo di Dante, pag. 655. Pelli, Memorie, pag. 88.
2) Leonardo Bruni: «La via del dar bando fu questa, che legge fecero iniqua e perversa, la quale si guardava in dietro, che il Podestà di Firenze potesse e dovesse conoscere i falli commessi per l'addietro nell'uficio del Priorato, contuttochè assoluzione fusse seguita.»

Orlandi de Sextu porte Domus. Accusati dalla fama pubblica, e procede ex officio, ut supra de primis, e non viene a particolari, se non che nel pierato contradissono la venuta Domini Caroli, e mette che fecerunt baratterias, et acceperunt quod non licebat per leges, etc. in libras octo millia per uno, et si non solverint ira certo tempo devastentur et mittantur in commune, et si solverint, nihilominus pro bono pacis stent in exilio extra fines Tusciae duobus annis.“

Operae non pretium, imo ridiculum esset, si quis Dantem a crimine peculatus commissi defendere conaretur. In eo enim Florentiae statu, qualem Dino Compagni eum describit, cum licentia, vi et rapinis omnia miscerentur, integerrimi quoque viri ab eiusmodi accusatione securi stare non poterant.[1] Ipse de condemnatione sua Dante sic in convivio, pag. 71:

„Ahi piaciuto fosse al Dispensatore dell' universo, che la cagione della mia scusa mai non fosse stata; che nè altri contro a me avria fallato, nè io sofferto avrei pena ingiustamente, pena, dico, d'esilio, e di povertà.“

In primo deinde de vulgari eloquentia libro, cap. 6. ita de causa exsilii sui:

„Amiamo tanto Fiorenza, che per averla amata, patiamo ingiusto esiglio.“

Ex epistola autem illa, quam cum anno 1317 occasio oblata ei esset, ut conditionibus contumeliosis Florentiam reverteretur, scripsit, perspici licet, neminem tum temporis de eo dubitasse, quin prorsus insons condemnatus esset. Haec enim insunt litteris illis:

„Ii igitur sunt honores, quibus Dante Alighieri in patriam revocatur, postquam per tria lustra exsilium tulit? Hacene meruit innocentia omnibus iam nota?“

Villani praeterea, ubi Dantis mortem commemorat (9, 135) ita de eo: „Il detto Dante era de' maggiori go-

1) Pelli pag. 90. Ruth pag. 391.

vernatori della nostra città, et di quella parte (sc. la parte bianca), ben che fosse Guelfo, et però sanza altra colpa con la detta parte bianca fue cacciato."

Paucis mensibus[1]) post primam illam condemnationem altera per eundem Cantem de Gabriellis secuta est, secundum quam Dante, si in patriam reverteretur, vivus comburetur.

Ab eo inde tempore, quo in exsilium missus est Dante, extra Florentiae muros stetit usque ad mortem.

Cum Henricus expeditionem faceret in Italiam et Florentini magnam eorum, quos in exsilium egerant, partem, quo minor hostium numerus esset, revocarent, denuo Dantis exsilium confirmabant per Baldum di Agaglione Septembris die sexto anni 1311. Idem postea factum est per Ramierum di Zaccaria d'Orvieto, Roberti regis vicarium.

Sunt, qui censeant, Dantem ea, quae acerbissime sane contra Florentinorum mores et rei publicae rationem dicta comoediae epistolisque eius insunt, ira, quod in patriam redire sibi non liceret, et furore in Guelforum partem commotum scripsisse.[2]) Inanem eam opinionem esse apparet, si ea, quae de rebus Florentinis Dino Compagni tradit cum illis comparamus. Guelfus autem is fuit, neque exsilii poenam passus est. Non minus vero acriter Dino de miserrima urbis conditione et de eorum, qui eam regebant, sceleribus verba facit, quam Dante, satisque ex eius aliorumque auctorum scriptis apparet, iure omnia illa Florentinis a Dante obiecta esse. Iam si quis in iis, quibus Dante Florentines verbis castigat obiurgatque patriae amorem perspicere vel non possit vel nolit, alia certe scriptis eius insunt, ex quibus gratum piumque erga patriam animum usque ad vitae finem ab eo servatum esse manifestissime et sine ullo dubio apparet. Veluti illud in convivio:[3])

1) Decimo Martii mensis die. Tiraboschi sententiam nobis tradidit.
2) Machiavelli: Dialogo sopra la lingua.
3) Pag. 71.

„Poichè fu piacere de' cittadini della bellissima e famosissima figlia di Roma, Fiorenza di gittarmi fuori del suo dolce seno, nel quale nato e nudrito fui fino al colmo della mia vita: e nel quale, con buona pace di quella, desidero con tutto il cuore di riposare l'animo stanco, e terminare il tempo, che m'è dato.“ Ex qua sententia id quoque perspici licet, minime, quaemadmodum arbitrantur nonnulli, Dantis consilium fuisse, ut, quo possit reverti, bellum moveret urbi. Rediturum enim sese sperat cum bona pace urbis. Quare non inter eos erat, qui cum Henrici imperatoris exercitu ad obsidendam Florentiam profecti erant. Colligi id licet, quod Dantis nomen in proscriptorum ea de causa numero non reperitur. Prioris autem expeditionis contra urbem a Baschiera della Tosa factae participem eum fuisse non constat. Amor patriae et spes, fore ut propter gloriam carmine suo sibi comparatam redire Florentiam sibi liceret, inest *Paradisi (25,1)* versibus his:

„Se mai continga che 'l poema sacro,
Al qual ha posta mano e cielo e terra
Sì che m'ha fatto per più anni macro,
Vinca la crudeltà, che fuor mi serra
Del bel ovile, ov' io dormì agnello
Nimico a lupi, che gli danno guerra;
Con altra voce omai, con altro vello
Ritornerò poeta, ed in sul fonte
Del mio battesmo prenderò cappello.“ [1])

Semel tantum anno 1317 occasio Danti in urbem redeundi oblata est. Cum autem ita reverti ei non liceret, ut tantum virum decebat, extra muros stetit.[2])

Alia opinio non minus falsa quam illa, quam modo oppugnavimus, haec est, Dantem patria pulsum Guelforum partem deseruisse et ad Ghibellinos transiisse.

---

1) Conferantur primae Dantis Eclogae v. 48—50.
2) Troja, Veltro allegorico. pag. 160.

Iam primum quidem nemo eorum, qui Dantis tempore vixerunt, scriptorum quidquam eiusmodi commemorat. Neque eorum quisquam, neque Dante ipse Ghibellinum se factum esse dicit. Imo Dante eum in modum ipsa Ghibellinorum Guelforumque nomina detestatur, ut semel tantum in tota comoedia iis utatur, et ita quidem, ut, quid de partibus illis censuerit, optime appareat. Haec enim sunt in Par. cant. VI, v. 100:

„L'uno al publico segno[1]) i gigli gialli
Oppone, e l'altro appropria quella a parte,
Sì ch'è forte a veder qual più si falli.
Faccian gli Ghibellini, faccian lor arte
Sott' altro segno: che mal segue quello
Sempre, chi la giustizia e lui disparte;
E non l'abbatta esto Carlo novello[2])
Co' Guelfi suoi, ma tema degli artigli,
Ch'a più alto leon trasser lo vello.[3])
Molte fiate già pianser gli figli,
Per la colpa del padre e non si creda,
Che Dio trasmuti l'armi per suoi gigli."

Ex his perspici licet, Dantem Ghibellinos non considerasse tanquam eos, qui pro imperii iuribus dimicarent, sed intellexisse, eos nonnisi ad propria commoda assequenda, vel privatis odiis ut satisfacerent, res suas gerere. Eandem utriusque partis execrationem ubique profitetur Dante, in celeberrimis praecipue illis versibus, qui sunt in Purg. cant. 6, ubi Virgilius et Sordello, audito communis patriae nomine, invicem se amplectuntur, quare miseram Italiae sua aetate conditionem considerans, dilaceratam civium discordiis patriam Dante luget, dicens:

---

1) Sc. aquila, imperii Romani signum.
2) Carolus II. Apuliae rex.
3) Neapoli in Conradini sepulcro hi sunt versus:
«Asturis ungue leo pullum rapiens aquilinum
Hic deplumavit acephalonque dedit.»

„Ed ora in te non stanno senza guerra
Li vivi tui, e l'un l'altro si rode
Di quei, ch'un muro e una fossa serra.
— — — ti guarda in seno
S' alcuna parte in te di pace gode.“

Et in sequentibus:

„le terre d'Italia tutte piene
Son di tiranni, e un Marcel diventa
Ogni villan, che parteggiando viene.“

Quare Mosca ille, qui consilium dederat, ut Buondelmonte trucidaretur, cum dixisset:

„Capo ha cosa fatta!“
„Che fu 'l mal seme della gente Tosca,“

apud inferos inter discordiarum auctores punitur. De Buondelmonte autem eiusdem mali auctore sic Dante:

„O Buondelmonte, quanto mal fuggisti
Le nozze sue per gli altrui conforti!
Molti sarebber lieti, che son tristi,
Se Dio t'avesse conceduto ad Ema
La prima volta, ch'a città venisti.“

Praeterea si accurate contemplamur et vitam et scripta Dantis, neque ab una neque ab altera parte eum stetisse videmus. Primis exsilii annis stetit cum ceteris exsulibus, qui armorum vi in urbem redire conabantur, magnaque apud eos utebatur auctoritate. Deinde autem ab iis discessit. Quo tempore et qua occasione factum id sit, non satis constat. Id tantum probari potest, discessum eius ante annum 1307 fuisse, cum eo tempore amicitiam iam iniisset cum Malaspinis, *alborum* adversariis. Verba, quibus utitur Dante de illis exsilii sui sociis et de discessu suo, haec sunt (*Par.* 17, 61):

„E quel, che più ti graverà le spalle,
Sarà la compagnia malvagía e scempia,
Con la qual tu cadrai in questa valle:
Che tutta ingrata, tutta matta ed empia

Si farà contra te: ma poco appresso
Ella, non tu, n'avrà rossa la tempia.
Di sua bestialitate il suo processo
Farà la pruova, sì ch'a te fia bello
Averti fatta parte per te stesso."

In exsilio suo et cum Guelfis, veluti cum Marcello Malaspina atque cum Guido Novello familiaritas ei intercessit, et cum Ghibellinis, veluti cum Cane de Scala. Id tantum respiciebat, quibus virtutibus praeditus aliquis esset. Itaque de Guelfa Malaspinarum gente haec dicit (Purg. 31, 130):

„Uso e natura sì la privilegia,
Che perchè 'l capo reo (Bonifacius) lo mondo torca,
Sola va dritta, e 'l mal cammin dispregia."

Si autem comparamus omnes illos comoediae locos, ubi viros sua aetate insignes Dante commemorat, nullius omnino momenti esse, utrum Ghibellinus aliquis an Guelfus sit facillimo apparet. Qua de materie copiose accurateque disseruerunt *Kopisch* in editione sua pag. 473, et *Ruth*, pag. 382.

Nec minus acies ingenii in Dantis de singulis hominibus iudiciis, quam aversus a partium studio animus admiratione dignus est. Corsum Donati, Bonifacium, Carolum de Valois, salutis Florentinorum rei publicae inimicissimos acerbe ab eo vituperatos esse, quis est, qui id reprehendat? Ne privati quidem, etiamsi iusti odii vestigia ulla carmini insunt; rei publicae tantum adversarii ab eo condemnantur. Et incorruptum veri amorem cum gloriae apud posteros spe arctissime coniunctum esse, intellexit, cum dicat *(Par. 17, 118)*:

„E s'io al vero son timido amico,
Temo di perder vita tra coloro,
Che questo tempo chiameranno antico."

Itaque tanto studio integerrimam iustitiam amplexus est, ut homines, quos quam maxime venerabatur colebatque, in damnatorum numero collocaret. Rei publicae autem cum praeesset, se, ubi civitatis salus ageretur, nulla gratia te-

„Farinata e 'l Tegghiaio, che fur sì degni,
Jacopo Rusticucci, Arrigo e 'l Mosca,
E gli altri, ch'a ben far poser gl' ingegni,
Dimmi ove sono, e fa, ch'io gli conosca;
Che gran disio mi stringe di sapere,
Se 'l ciel gli addolcia, o lo 'nferno gli attosca."

In colloquio illo celeberrimo (Inf. 10.) cum se praebet Farinata, in quo, licet vehementissimam de gentis suae fortuna curam ostendat, plus tamen patriae, quam partium valeat amor, simulque patet, eo consilio haec a Dante scripta esse, ut ingratum animum in hunc nobilissimum urbis defensorem Florentinis exprobraret. Cum enim quaerenti Farinatae:

„Dimmi, perchè quel popolo è sì empio
Incontr 'a miei in ciascun sua legge?"

respondisset Dante:

„Lo strazio e 'l grande scempio,
Che fece l'Arbia colorata in rosso,
Tale orazion fa far nel nostro tempio,"

illo haec contra:

„A ciò non fu'io sol, disse, nè certo
Sanza cagion sarei con gli altri mosso:
Ma fu'io sol colà, dove sofferto
Fu per ciascun di torre via Fiorenza,
Colui che la difese a viso aperto."

Quibus verbis manifeste Dante monet Florentinos, ut summorum beneficiorum ab illo acceptorum magis memores esse deberent, quam calamitatis ad Arbiam, quae ne iure quidem obiici illi possit.

Vicinus quoque Cavalcante Cavalcanti alteram opinionem falsam esse probat. Sed iam satis hac de re.

In omnibus, quae, Henricus imperator expeditionem cum faceret in Italiam, egit scripsitque Dante, patriae salutem semper eum curasse, idem *Kopisch* satis demonstravit. Itaque de his verba facere supervacuum videtur. De

uno tantum, de quo cum eo dissentio, disserendum mihi esse arbitror, de Italiae nempe liberatore illo, quem in comoedia auguratur Dante. Tres praesertim loci considerandi nobis sunt, *Inf. I, 101; Purg. 33, 37 — 51; Parad. 17, 70.*

Videamus primum praesagium, quod est Inf. I. Verba illic facit Dante de lupa, qua curiae Romanae, qualis poetae tempore erat, avaritiam significari constat.

V. 10, „Molti son gli animali, a cui s'ammoglia,
E più saranno ancora, infin che 'l veltro
Verrà, che la farà morir di doglia.
Questi non ciberà terra, nè peltro,
Ma sapienza, e amore e virtute,
E sua nazion sarà tra Feltro e Feltro:
Di quell 'umile Italia fia salute," etc.

Tres praecipue de *veltro* illo sententiae sunt. Maior interpretum numerus, quorum opinionem ego quoque amplector, Canem Grandem, Veronae principem significari arbitrantur, *Troja* in libro, quod scripsit de veltro allegorico, Uguccionem della Faggiuola dictum putat, *Kopisch* autem Petri successorem aliquem, qui divitias potentiamque non curans, sine ambitione, et nonnisi rebus divinis sacrorumque cultu intentus, Christi Petrique exemplum sequens pauper vivat.

Iam primum quidem Uguccionem significatum esse haud crediderim. Fuit sane homo consilii plenus et bellica laude dignus, ambiguus tamen in iis, quae gerebat infidusque. *Albos* Ghibellinosque Florentia pulsos male tractavit, ut supra commemoratum. Praeterea, etiamsi non certum, veresimillimum tamen est, Toscanae tyrannidem eum affectasse, primum adiuvante Corso Donati, deinde solus. Florentinorum vehementissimus fuit hostis, et gravissimis bellis eos pressit. Itaque is non fuit, quem Dante Italiae oppressae vindicem augurari posset. Accedit, quod toti comoediae de Uguccionis gestis nihil inest; ne privatam qui-

inter *Feltro*, castellum non multum distans a Trevigi, et inter *Feltro* prope Urbinum.

Nihil autem est, quod cum nostra opinione pugnet. Quanto in honore habuerit Dante Canem de Scala, et quid de virtutibus eius censuerit, e Par. cant. 17 et ex epistola ad eum scripta liquet. Quare non ineptum est putare, Dantem exspectasse, tantas res, quantas in Inf. cantu I significat, illum gesturum. Neque id obstat, quod Dante a partibus aversus, Can de Scala autem Ghibellinus fuit. Non enim tanquam partis alicuius ducem Dante eum consideravit, sed tanquam vicarium imperatoris, cuius auctoritate et auspiciis pro imperii iuribus Italiaeque salute certaret. Ab Henrico aquilam (*il santo uccello, il segno comune*, quemadmodum Dante dicit) acceperat.

Quid praeterea sibi volunt versus illi *Parad.* 17, 92:

„e disse cose
Incredibili a quei, che fia presente,"

nisi eius modi aliquid, quale nos sentimus, iis indicat Dante? Itaque satis certum mihi videtur, Canem de Scala a Dante *veltro* dictum esse.

De ceteris locis, ubi liberatorem Italiae vaticinatur Dante, tam certam opinionem proferre non ausim. Veresimillimum tamen mihi videtur, aut de eodem Cane de Scala, aut de Henrico imperatore dicta illa esse. Si autem certum virum non respexit, in universum ad imperatorem aliquem, in quo talem spem Dante posuerit, referenda illa esse puto. Id tantum persuasum mihi est, de pontifice aliquo Dantem non cogitasse. Quomodo enim sperare potuit, fore ut, exsistat talis, qualem ipse finxerit, successor Petri? Quomodo dicere ei licuit (Purg. 33, v. 49):

„Ma *tosto* fien li fatti le Najade,
Che solveranno questo enigma forte,
Sanza danno di pecore e di biade."

et Purg. 33, 40:

„Ch' io veggio *certamente*, e però 'l narro,
A darne tempo già *stelle propinque*
Sicuro d' ogn' intoppo e d'ogni sbarro:
Nel quale un cinquecento dieci e cinque
Messo di Dio anciderà la fuja,
E quel Gigante, che con lei delinque."

Par. 27. 61. „Ma l' alta providenza, che con Scipio
Difese a Roma la gloria del mondo,
Soccorrà *tosto*, si com 'io concipio?"

Nihil enim accidit Dantis tempore, quod ad spem adducere eum poterat, fore, ut ecclesiae praeesset papa, qui, liber ab ambitione avaritiaque felicem afflictae Italiae redderet statum. Et quid commovere eum poterat, ut de eo tanquam de re certa et propinqua verba faceret? Ceterum ne in potestate quidem pontificis erat, qui muneris sui officiis satisfaceret, ut malis illis consuleretur, cum ab eo solo restituendum imperium non penderet. Imperator tantum, aut qui eius vices sustineret, liberare Italiam poterat perversumque terrae statum commutare, cum coerceret pontificum ambitionem, hostes imperii debellaret et pacatis factionum contestationibus pacem rei publicae redderet. Neque in eo offendere possumus, quod Dante dicit, omnia haec eventura:

„Sanza danno di pecore e di biade."

Etenim si legis epistolam illam, quam Italiae regibus populisque scripsit, cum Henricus in Italiam proficisceretur, facile perspicies, quid de clementia eius pacisque amore senserit. Imperatores autem ab eo tanquam summos pacis amicos consideratos esse supra demonstratum est. Accedit, quod satis superque et certissimis quidem indiciis e Dantis scriptis apparet, ab Henrico eum felicissimam Italiae conditionem profecturam putasse; a Petri successoribus idem eum exspectasse, nullo modo probari potest.

Vita

Bonnae natus sum anno 1821 patre Ernesto Mauricio Arndt, matre Anna Schleiermacher, quos ambos adhuc vivos veneror. Fidem profiteor evangelicam. Primis litterarum rudimentis scholis et publicis, et privatis imbutus gymnasium, quod hac in urbe floret, adii, et per quinque annos humanissimorum virorum praeceptis atque disciplina eruditus, in eo steti. Civibus academicis adscriptus anno 1838 a viro clarissimo Welcker, Rectore tum temporis Magnifico, non satis certus, ad quam potissimum disciplinam me applicarem, per primum biennium philologiae praecipue operam dedi, quippe quae firmissimum fundamentum optimaque dux litterarum campum ingredienti esset. Seminarii philologici, quod viri clarissimi Ritschl et Welcker moderantur, per unum semestre sodalis fui ordinarius. Quibus viris summopere de me meritis pium gratumque hic testor animum. Cum autem philologiam, licet vehementer me alliceret, non eam esse disciplinam intelligerem, quam tanto amore amplecti possem, ut summum in ea collocarem studium, ad historiam transii, et maiorem, quam Graecorum Romanorumque rebus, aliis huius doctrinae provinciis operam dedi. Berolinum anno 1841 me contuli scholisque historicis per tria interfui semestria. Bonnam inde reversus eadem fere, quae antea, usque ad hunc diem prosecutus sum studia. Praeceptores mihi fuerunt Bonnae V. V. Cll. Brandis, Fichte, Gaertner, Heimsoeth, Loebell, Mendelssohn, Ritschl, Ritter, Schopen, Welcker et pater, Berolini V. V. Cll. J. Grimm, Lachmann, Ranke, Steffens.

Quibus viris omnibus debitas summis in me meritis gratias ago quam maximas.

Theses.

I.

In Dantis Paradisi cant. XXII versus 95 sic est emendandus:

„Non più fu il mar fuggir, quando Dio volse.“

II.

Parad. XVII, v. 76 ea, quam Dionysius protulit scriptura:

„Colui vedrai, colui, che impresso fue,“

omnino probanda est.

III.

In Dantis carmine illo, quod incipit a verbis: Jo sento sì d'Amor la gran possanza,“ versus sub finem

— — — — „e l'altro fa che prove

Di trarlo fuor di mala setta impria,“

et quae sequuntur, ad Guidum Cavalcantem referenda non sunt.

IV.

A Dante scriptum non est carmen illud, cuius primus versus est:

„Jo miro i crespi e gli biondi capegli.“

V.

Non aliud est animarum genus, de quibus in Inf. VII, v. 117 et in sequentibus verba facit Dante, quam earum, quae in praecedentibus describuntur.

VI.

Machiavelli de principe librum neque ad commendandam, neque ad oppugnandam tyrannidem scripsit.

VII.

E Petrarcae carminibus litterae Italicae praeter exeultam linguae elegantiam fructum perceperunt nullum.

VIII.

Improbandus est mos ille veterum historiarum scriptorum inserendi orationes rerum enarrationi.

IX.

Reiicienda ea philosophandi est ratio, quae a nihili notione proficiscitur.

X.

Poetis nostris metricae artis studio non opus est.

XI.

Ad carmina intelligenda non id requiritur, ut poetae vitam cognitam habeamus.

---

22 V.v

PQ 4423 .A8 C.1
De Dante Alighieri, scriptore
Stanford University Libraries
3 6105 040 755 410

DATE DUE			

STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
STANFORD, CALIFORNIA 94305-6004